



# Tractatus de ecclesia : quo praecipuae quae hoc tempore agitatae fuerunt quaestiones excutiuntur

<https://hdl.handle.net/1874/402176>

4

TRACTATVS  
DE  
**ECCLESIA,**  
QVO PRAE CIPVAE  
QVÆ HOC NOSTRO  
tempore agitatae fuerunt  
quæstiones excu-  
tiuntur.

**PHILIPPO MORNÆO PLESSEO**  
AVTHORE.

Exite Babylone, popule mi, ne participes sitis peccatorum  
eius, & ex plagis eius accipias. Nam accumulata pec-  
cata eius pertigerunt usque in ccelum, & recordatus est  
Deus scelerum eius. *Apoc. 18. Vers. 4. & 5.*



APVD AEGIDIVM RADAEVVM.  
M. D. LXXXI.

СУТАКАЯТ

ЛІЧІЛІКІ

ВАЧНОЯДОУ

БЕЗІСОДОНДОУ

ІСІСІМІСІФІЗ



# HENRICO SERENISSIMO NAVAR- RENORVM REGI, BIGARO- num principi ac Domino supremo, &c. Fanciæ pari, nèc non stemmatis Re- gij Principi primario.



VE M libellum. Maie-  
stati tuae offero, iure duplice  
tuus est, ô Rex, primum rei  
quæ tractatur Ecclesia, (cu-  
ius in Gallia nostra tutorē  
te Dominus excitauit) tum  
etiam authoris ipsius causa.

Hic enim quum se totum secundum Deum  
quantus quantus est, Maiestati tuae dicarit &  
addixerit, deinceps prouentum omnium ut  
& fundi (vitam Dei gratia feraciissimi) pro-  
prietatem, tuo tibi iure vendicare potes. Hac  
qua à me scripta sunt si te audiente à myrâ  
recitare inbeas, tum expreßam qualis esse debe-  
ret, Ecclesia faciem, & tum qua sit Romana  
Ecclesia sub tyrannide Papatus deformitas,  
intueri licebit, vt inde colligere sit promptum,  
in quantum te Dominus honoris fastigium

uehat, quem hoc nostro seculo perissimum de-  
legerit ex tanto summorum Principum nu-  
mero, cuius opera miserrimae servitutis manc-  
patam sponsam pristinae libertati restituit.  
Mundi quidem palato non admodum sapit  
hic honor: ut cui nihil sit mundanae facis admis-  
tum. At Principi Christiano, pra gloria illa  
vel tota mundi universitas sordebit, cui per-  
specta est eterni illius Dei immensa aduersus  
Ecclesiam charitas, cuius causa charissimum  
illum suum filium in mortem tradidit, & mun-  
di ipsius ludibrio obiecit. Verum enim uero ar-  
duum est omnino opus, & ingentis sine concur-  
uersiamolis. Stat enim immota verbi Dei ve-  
ritas: Populos & Reges terre Antichristi iu-  
rannidem coniunctis viribus propugnaturos.  
At inquit ille, praelata queque sunt longe  
difficillima, sudores autem istos certissima man-  
net victoria. Idem enim verbum palam denu-  
ciat Babylonico regno exitium, ut Christus in  
fines usque terra, Rex Regum & Dominus  
dominantium agnoscatur. Quin & eos ipatos  
qui Antichristum iustati fuerint, Babylonem  
illam funditus euersuros vaticinatur. Quid  
in tanto opere laboris erat asperioris & diffi-  
cioris, exantlarunt heroes non pauci, quibus id  
muneris imposuit nostro seculo Dominus, qui  
quidē decursu spacio iam a laboribus quiescunt,  
felicitatis eterna epazios consequunt. Tu vero  
macte virinte, ô Rex: Si quidem supereesse tibi  
voluit

voluit Dominus virtutis cotem & exercitias  
idem enim qui diadema te caput tuum redimi-  
tum voluit, coronam tibi, quam tanto operi  
imponeres, tradidisse videtur. Porro hic quem  
vides impetus, pereuntis Antichristi onus qualem  
designat, conuulsiones certa sunt & indubi-  
tata præsentissima mortis indicia. Iam ab  
ipsis pene incunabulis te Dens, ô Rex, veri-  
tatis cognitione donauit: In eunte deinde etate  
hunc suo operi te addixit & consecravit: In eum  
vsum te donis eximijs ornauit, corpore vegeto,  
ingenio acri, animo plane generoso: qua quin-  
dem si ipsius cultui consecraueris, prospero suc-  
cessu, honore, opibus, potentia cumulabit.  
Has enim appendices nullo negocio adyciet, qui  
principua illa est largitus. Et enim hoc uno mo-  
deratore Reges regnant, & Principes orbem in-  
dicant. Itaque illud abs te officium pro suo iure  
poscit Rex ille summus, illud Christiani omnes  
expectant, atq; adeo p;ij omnes sibi pollicentur.  
In eum igitur scopum unicum tua Maiestas  
collimare debet. Evidem seruitio tuo, si quis-  
quam alius addictus, hoc unum à Maiestate  
tua quā humillimè peto, ô Rex, ut dies noctesq;  
anti muneris, cuite Dominus sua vocatione  
prefecit, dignitatem & pondus in memoriam  
revoce: Rariſima quæ ab eo accepisti dona ip-  
sius regno instaurando impendas: Tum demum  
firmissima sceptra tibi pollicearis, si te totum  
verbi ipsius sceptrō regendum permittas. Hec  
longè

longè omnium tutissima & compendiosissima  
via est, quam tui omnes ad stabiliendam tuam  
dignitatem tibi possint patefacere. Hunc igitur  
oro, Rex serenissime, ut tibi in hoc suo opere ad-  
sit efficacissima spiritus sui virtute, intimos  
cordis mores & actiones ipsas regat, omni  
denique benedictionum genere cumu-  
let ad suam ipsius gloriam & Ec-  
clesie propagationem.

Summa humilitate, fide, & obse-  
quio Maiestati tue addictissimus,  
P L E S S A V S .

## LECTORI.

HEVNC tractatum, Lector, eo animo  
te legere velim & rogo, ut veritatem  
queras, non eam iam ante pr idem  
tibi compertam esse statuas: Deinde ut  
iudicium suspendas, dum libellum inte-  
grum euolueris. Tum si veritatis facies in  
hac doctrina appareat, te summi illius  
Dei nomine ac propriæ salutis causa ad-  
iuro, ut illam aperte profitearis: Apagesis  
oro mutum silentium: quandoquidem  
dum Antichristi tyrannidem conniuendo  
dissimulamus, Ecclesiæ regnum periclitat-  
ur, cuius infelici casu nostra omnium sa-  
lus inuoluta rueret. Sin dubitationis ali-  
quid reliquum supersit, & scriptis config-  
nare libeat: necessariam, fauente Deo, lu-  
cem adferre conabimur. Si denique non-  
nullis omnino improbabitur, ab ijs peto,  
ut singula capita singulasque rationes re-  
spondendo persequantur: ita tamen, ut  
candido & placido animo differentes nō  
euaniad mundi gloriam, sed Ecclesiæ  
salutem trophæum sibi victoriae propo-  
nant. Nam quod ad me attinet, sancte  
Deum tellor, in hoc tractatu me  
unicam salutis ipsorum ra-  
tionem habuisse.

*Summa totius tractatus capita.*

- I. Ecclesia visibilis quid sit, & de varijs ipsius periodis.
- II. Ecclesiæ Catholicæ visibiles partes nonnullas puras esse, impuras alteras, & quæ sint industriae puritatis in Ecclesia nota.
- III. Alias, quæ ab aduersarijs proferuntur notas, puris & impuris Ecclesijs communes, atque ut plurimum incertas & fallaces esse.
- IV. Scripturas sacras Iydiūm esse lapidem probandæ puritatis doctrinæ idoneum, quæ quidem natura est Ecclesiæ puræ nota.
- V. Sacram Scripturā vnicum esse controvēsiarū, quæ nostris temporibus agitantur, arbitrū: & qua ratione quisq; eas ex verbo decidere possit.
- VI. Ecclesiam visibilem errare posse in ijs quæ ad fidem & salutem pertinent, quod desingulis ipsius periodis probatur.
- VII. Papam siue Romanum Episcopum nō esse inter diuino Catholicæ visibilis Ecclesiæ caput.
- VIII. Papam seu Romanum Episcopū humano inter caput non esse visibilis Ecclesiæ Catholicæ, & quibus artibus hanc tyrannidem occuparit.
- IX. Papam cum se caput Ecclesiæ mentiat, Antichristum haud dubie esse in Ecclesia: in quam nulla alia doctrina quam Papistica Antichristus admitti debuit.
- X. Singulos teneri ab Antichristo discedere, atque Romanenses schismaticos esse, non eos qui ab illo secessionem faciunt.
- XI. Legitimam esse in reformatis Ecclesijs pastorum vocationem, ut erigant & stabiliant colapsum Ecclesiæ statum.
- XII. Totius tractatus capitum ἀπαντησαμένων.

Deo propicio.



Eus ille qui pro summa poten-  
tia geni⁹ humarum creauit, quoniam  
benevolentia etiam summa, hu-  
ius esse pater dignaretur, eos  
omnes voluit Ecclesiam ut  
matrē colere & agnoscere, quos  
in filio suo Domino nostro Iesu Christo paterna  
benevolentia complecteretur. Quum igitur nulla  
alia ratione nobis salus constet, nisi quatenus nos  
Pater ille caelstis in filios adoptat, eos autem de-  
mum filiorum albo adscribat qui in ecclesia rege-  
niti, aliquae fuerint, siquidem salutem nostram  
sumus, eam nos cognoscere necesse est, ex cuius  
singu⁹ vita succus nobis est hauriendus. Et si nos  
paternæ hæreditates desiderium tenet, in materna  
familia censeri nos oportet. In qua patri⁹ visum  
eos denuo gignere quos sibi regni hæredes & dilecti  
filii sui D. Iesu Christi cohæredes scripsit.

Quotquot huic Ecclesiae vera fide & Charitate  
uniti sunt & cōcorpores, quoniā membra sunt cor-  
poris Christi in partem hæreditatis illius veniunt.  
Et quemadmodum fides, vera Charitas, Christus  
denique nusquam alibi reperiuntur, sic nec quæ-  
renda est extra eam salus. Quamobrem si subtilius  
ista pertractare animus esset, Ecclesiam eorum  
tantū societatem esse diceremus, quos nullo tem-  
porum aut locorum discrimine Deus elegit ad vi-  
tam aeternam. Quæ quidem humanis oculis est

inuisibilis, quibus cor hominis non est peruum,  
 nendum ut Dei voluntatem perscrutari possint, ac  
 2.Tim.2.19 Deo soli, qui quidem (ut ait apostolus) non est  
 qui sui sunt eisque sigillo suo comprobavit visibilis:  
 Sed enim quandoquidem ea est Charitatis natura,  
 ut electis accenseat eos omnes sigillatum qui  
 vocati sunt in Ecclesiam Christi, & quemadmo-  
 dum corporibus conuenisse sic etiam spirituali nexu  
 concorpores iudicat. Quantumuis in genere fides  
 ex aduerso constituat, in finem usque seculi  
 malos illic bonis permiscendos, hædos omnibus  
 paleam grano, Zizania tritico, Inuisibilis Ec-  
 clesiæ cognitionem scrutatori cordum Deo pro-  
 priam relinquimus, in verbo visibilem qua-  
 rere contenti: Ad quam in terris se recipere de-  
 bent, quotquot inuisibilis illius in cœlis cives esse  
 cupiunt.

Nos tamē obiter quæ sint huius ab illa differen-  
 tiae paucis notabimus. Inuisibilis, honorū tantum  
 est societas: Visibilis, bonis, malis permixtos ex-  
 cipit. Illa solos electos, hæc nullo discrimine quot-  
 quot, introducit veritatis prædicatio. Illam Au-

Aug. in ps.

64.

Augu. lib. x. non à Caino primogenito: Huic, quemadmodum  
 de Bapt. cō- Abelis Enoch, Simonis Petri, & Christiano-  
 tra Dona- rum omnium tanquam populi unus, sic etiam  
 ystas, Caini, Chami, Ismaelis, Esau, Simonis magi, to-  
 tiisque illius sodalitij partium tribuit. Inuisibi-  
 lem Ecclesiam partim in cœlo partim in terris de-  
 gentem consideramus, ex ijs constantem tum qui

iam cum capite suo D. Iesu Christo triumphum agunt, tum qui ipsius ductu mundi & carnis impetum adhuc sustinent, atque adeo qui præium eiusmodi, securis seculis sunt præliaturi. Ecclesia autem visibilis, eorum est propriè qui etiamnum decentant in terris, non à partibus Christi tantum, verum & ipsius nomine sæpe falso & ementito. Illa igitur omnes ad unum electos complectitur, temporum omnium articulis & momentis in unum collectis: hæc autem locorum & temporum vicissitudines admittit. Neque enim in uniuersum nec eodem simul momento, verum certis seculis & sui partibus visibilis spectatur.

Invisibilis multas habet oves, in visibilem nondum adductas. Visibilis lupos multos in invisibilem nunquam admittendos. Hinc illud Augustini, extrinsecus multas esse oves, multos intus lupos, ut & Pauli: non enim omnes qui sunt ex Israele, sunt Israel. Etenim ut quis in Ecclesia, aut potius ex Ecclesia censeatur eum necesse est Christo vniri, veraque in Deum fide & Charitate in proximum piorum confortio aggregari. Quodquidem dubium non est quin muli passim percipiant in medio etiā Paganismo, tametsi presentes id non præsent, quod tam viribus omnibus eniti debet. Ex aduerso ἀποστολοῦ & ab Ecclesia alieni esse nō dicimus eum simpliciter qui sit extra septa & caulas, sed qui nullam cum Christo, nullam cum pijs Fidei & Charitatis participatione habeat. Invisibilis proprum est quod dicitur,

Aug. hom.  
in Ioannem  
45. Et c. 20.  
lib. 5. de bap.  
&c. Rom. 9

## 4 TRACTATVS

Math. 16.

Math. 24.11

Luc. 18.8.

portas inferorum aduersus eam non preualuerit ad  
*Ad visibilem hanc spectant, seduci posse, non in-*  
*uentum iri fidem in terra, Charitatem extinc-*  
*tam fore; quin & electos si fieri posset perituros.*  
*Non igitur abs re nos Ecclesiam credere in Sym-*  
*bolo profitemur. Nam si quæ sub sensum cadunt*  
*oculorum, ea sola indubitate habeamus: haud dubie*  
*singulis Ecclesiæ periodis eiusmodi sape extitit re-*  
*rum perturbatio, ut tanquam granum palea ob-*  
*jectum nulla facies Ecclesiæ appareret. Quinetiam*  
*zum temporis id contigit, quum Dominus Elie,*  
*michi inquit septē millia seruauit, ex quibus omni-*  
*bus currus ille Israëlis, vidēs Domini, is inquam*  
*cui præcipue pij omnes nosti esse debebant ne unum*  
*quidem noverat, idque eo seculo quo postulabat*  
*Ecclesiæ conditio, ut visibilis Dei cultus Iudeæ*  
*finibus circumsciberetur.*

Neque vero cum has differentias constitutimus,  
*geminam Ecclesiam aut sponsam Christi geminam,*  
*sed unicam duntaxat alio atque alio modo consi-*  
*deratam credimus, hanc herbescentem, illam effor-*  
*matis maturisque granis diuitiæ: Hanc in Areali,*  
*lam horreo reconditam: hanc in fodina, illam per-*  
*purgatam: hanc impuri mundi perturbationibus*  
*circumfusam, illam coram sponso nulla ruga aut*  
*macula fædatam. Non secus ac familie nomine,*  
*generali quidē ratione mācipia completimur, pro-*  
*priè tamen solos liberos cēsemus. Et ciuitatis appell-*  
*atione ciuiū unitatē intelligimus, pars licet aliqua*  
*sapissime turbas moliatur & separatim confide-*  
TATI

Vata, sit exterminationis pena dignissima. Ergo  
ut ad rem redeamus, visibilem Ecclesiam eorum esse  
societatem dicemus qui veri Dei cultum & Chri-  
stianismum profitetur. De qua certe quidem nobis  
tutus hic sermo est institutus. Huius igitur Ecclesiae  
tres observantur periodi præcipuae, prima ante le-  
gem extitit quum (autem veterum nonnulli) ho-  
mines, quantumvis primi illuc parentis peccato  
depravati, sibi quodammodo lex erant & innato  
peccati sensu arguebantur. Denique morbum qui  
primus est ad sanitatem gradus agnoscabant  
quamvis re ipsa parum ad modum absuerit haec pe-  
riodus ab earum quae secutæ fuerunt corrupti lis.  
Altera sub lege, quum homines peccandi assuetu-  
dine quasi mutata natura, pro rorsus oblitus iussit. Tu  
enim retegendi peccati causa lex fuit lata, instar  
speculi quæ sordes homini spectandas proponeret,  
quamquam longissime ab eis quam sibi tri-  
buebat integritate, ut vel ea ratione malum reme-  
dio quereret. Tertia ad gratiae tēpus refertur, que  
primis illis parentibus statim post lapsum promissa  
fuit in Christo. Is autem præstituto tempore missus  
a patre, remedium iis omnibus attulit, qui suum  
morbum qualis est agnoscunt, & in ipsis merito  
ranti malire nedium querunt. Sub prima, visibilis  
extitit inter homines Ecclesia, sed ita ut si puros  
Deicultores cum alijs conferas maculis infinitis  
deformem facile agnoscas. Secunda in Abrahami  
posteriori, populo videlicet Israelitico apparuit, sed  
non eximio splendore insignis si vel regionis fines

vel populum ipsum cum amplissimo terrarum orbe & florentissimis quaetum eminebant imperijs comparet.

Vt imis autem temporibus Ecclesia populos & nationes omnes absque vlla omnino exceptione completiur, nunc isto, nunc illo loco, hic puerillo, illic numero grege visibilis. Atque inde καθολικῶν, id est, vniuersalem dicimus, ut que iam non familia Iacobi aut Iherosolimorum membris (quod conuenire omnes altera de qua diximus periodo erat necesse) circumscribatur sed que liberos Israelis & Abrahams agnoscit, quocunque tandem sint loco, eos omnes qui fidem Abrahams imitantur, et Hierosolymiticines admittit, mundi totius incolas, quicquidem Deum spiritu & veritate colunt. Id ipsum Christus nos docet, Apo-

Matth. 28.  
Gal. 3.28.

Ephe. 2. 14  
Apoc. 21. 13

stolos in vniuersum orbem ablegans: Et Paulus cum diruptam esse maceriam scribit, iam nec Iudeum nec Græcum, sed in Christo omnes unum esse. Quod etiam in Apocalypsi vrbs illa adumbrat, quæ duodecim portas habet, ternas videlicet singulis orbis partibus. Prophetis vero & Apostolis concinunt omnes veteris Ecclesie Doctores, vocatis gentibus, nullam superesse nationem aut

urbium in alias prærogatiuæ, sed mundū vniuersum esse Aeram, agrum, & Deicuperacionem. Populos omnes Iudam & Israelem censi, vrbes omnes Hierusalē, familias quasvis Deifamilia, in quibz quidē pure colatur, et nullius iam cuiuscumq; tandem loci prærogativa spiritualis in aliū agnoscatur. Eccl-

Cypr. de  
Simplicit.  
prælatorum  
Auzu pas-  
sim contra  
Donaustas.

Ecclesia illa vniuersalis, suo ambitu particulares omnes Ecclesias comprehendit, quibuscunque tandem orbis partibus collectas quas etiam Christianarum Ecclesiarum elogio insignimus, id est, coetum qui Deum unum per Iesum Christum invocant, quales dicuntur Orientalis vel Occidentalnis, Graeca, Latina, Corinthiaca, Galatarum, Ephesina, Romana, Carthaginensis Ecclesia: non tamen si proprie loquamur, Catholicæ, sive vniuersales Ecclesie, verum Catholicæ & vniuersalis partes dicuntur. Eadem plane ratione qua dum loquimur de maris Oceani partibus, omnes quidem maris appellatione censemus & Meridionale, Aquilonare, Atlanticum, Cantabricum, Britannicum mare dicimus, Oceanique nomen, cuique tribuumus. Vnum tamen Oceanum non plures esse constat, quod istis appellationibus distinguimus, quoniam unicum est corpus quoddistingui tam non diuidi potest, cuiusmodi etiam agnosci debet Ecclesie unitas. Non minus est igitur huius imperatoria oratio qui Romanam Ecclesiam Catholicam esse dixerit, quam si quis prædicet Britannicum vel Tyrrhenum etiam mare, Mediterranei partem, cum Oceano unum & idem esse.

Iam vero visibilis Ecclesia in mundo versatur, mundus autem ut nostra ipsorum experientia discimus, planè est immundus: fieri ergo non potest, quin ex tam male affecto aere rubiginis multum & depravationis contrahat. Ex hominibus præterea constat externoqué,

hominū ministerio regitur. Homines autē omnes caro sunt & sanguis, unde consequitur longissime à perfectione abesse, corrupta esse natura, ignorantia denique & maliū laborare. Ergo fieri potest ut labis aliquid & depravationis nonnumquam admittat: ut autem perfecta sit, hoc quidem in mundo nunquam consequetur. Quoniam tamen sacra scriptura Ecclesiam considerat qualis apud Deum in Christo & propter Christum spōsum censeatur, nonnunquam etiam innīe non qualis sit, sed qualis esse debeat, non tam ut laudibus exhortet quam ut ad virtutem tantis laudibus dignam excitet. Eò fit ut Ecclesiæ tribuat elogia quibus minime omnium sapere spondet, sive homines ipsos quibus constat, sive doctrinam ipsam respicias. Regnum cœlorum aut Christi regnum eam nun-

*Matt. 3. 47* cupat. Atqui rex ipse Christus sagittæ comparat iactæ in mare que promiscue bonos & malos pisces colligit. Innuit ergo satanam subditos suos tyranidi mancipatos in hoc regno habere. Paulus

*1. Tim. 3. 15* quoque domum Dei vocat, videndumque monet quomodo nos in ea geramus. Atque idem nos non vult latere, in ea ipsa domo non tantum vaſa aurea vel argentea esse, sed lignea etiam & sigilli-

*2. Tim. 2. 20* na: illa quidem in honore, hæc vero in contumeliam, unde illa Aug. distinctio eorum qui sunt

*Aug. lib. 7c. 51. de Bap. & Lib. de* in domo & ex domo & eorum qui sunt in domo vnit. Eccl. e. quidem sed non ex domo. Et quod in Symbolo

profitemur Ecclesiam esse sanctorum communionem non eo spectat, ut quotquot sunt aggregati

Gregati spiritu Dei in Christo sanctificatos intelligamus, sed quod nulla sit extra septa ecclesiae siue sanctitatis siue vera communio: Toto (quod assulet) à parte præstantiore denominato habentur de hominum ipsorum depravatione.

Quod ad doctrinam attinet sponsa formosa, sine Can. 4. &c.  
ruga, ciuitas fidelis, iustitiae plena; Templum Dei,  
columna veritatis appellatur. Tam splendidissi-  
tulus excitari deberet adeius nutum & obsequium  
quirillam nominibus eiusmodicohonestat. Atqui,  
non semel contigit Ecclesiam aliquam pastores  
prauos nasci, quum se se elogis istis metiretur nec  
se aliam esse posse constitueret, in has voces pro-  
rupsisse. Sum regina, nec viduitates metuo sicque  
dignitatis istius originem, Dei videlicet bonitatem  
prouocauit, Sponsi vocem contemptit, Leges sibi  
pro arbitrio finxit & resinxit. Moderatores ipsi  
dum suo iudicio saperent eam suis placitis & legi-  
bus rexerunt. Quo factum est ut propheta pro-  
ratione mutati regimini, & ipsi stylum immuta-  
rent. Ea ratione fornicatricem & adulteram vo-  
cant, diuaticatas tibi exprobrant sub obvia qua-  
libet arbore frondosa, principes ipsius, principes  
Sedom, & populum, Amorach populum incla-  
mant. Denique futurum denunciant, ut Dominus  
tabernaculum & sedem alio transferat & immu-  
tet. Paulus etiam mature monet eosque in erro-  
re abducendos iusta neglegit & veritatis caritatem dixit  
ut Antichristum in Ecclesia sedentem sint ado-  
raturi. Et ratio quidem est in promptu: nempe

Isaie 1. 10.  
Iere. 3. 12.  
Ezec. 18. 23.  
Ezech. 23.  
2. Thess. 2.

Ecclesia in sicut luna corpus est opacum & obsecrum, quod ab unico sole suo Christo lumen mutatur. Quatenus igitur intentis in illum oculis respicit est lucida, quo magis inde recedit eō minus habet splendoris. Accidit autem ut nonnumquam longissimè ab illo absit, tantaque terræ moles intercedat, ut plane eclipsis passa videatur.

Hæc illa causa est, quum Ecclesia Catholica per mundum uniuersum sit dispersa, cur ex Ecclesiis singulis nonnullas videamus iusto Dei iudicio plane intercidisse quales extiterunt, Philipensem, Collosensem, & Orientales aliae non paucæ ipsorum Apostolorum ministerio constitutæ: alias autem alibi pro aeterna & eximia Dei gloriæ operæ rursus instauratas. nonnullas item, quæ est hominibus innata corruptio & moribus & doctrina depravatissimas, quales sunt Græcae, Ægyptiacæ, Africanæ, &c. Aliis autem dum & pastorum remeraria audacia (quodquidem hoc tempore de Romana constat) nihil iam sani & integri retinere. Sunt demum quæ ab heresi in & nisi ad demersæ sunt, cuiusmodi sunt quæ Mahometicam impietatem profuentur. Atque hæc quidem omnia nativa sunt sciboles, primilliūs hominis peccati, qui quidē sui amore exceccans, à Deo ipso ad se conuersus, prætermisso verbo Dei sapientiae suæ opinione turgidus, sibi se regendum permisit. Hæc paucis de Catholicæ visibilis Ecclesiæ partibus. Nunc porro tenere sufficit hanc Ecclesiæ corum esse cœtum & ciuitatem qui toto orbe

Quaque pater Christum profitentur. Hac contineri singulas ecclesias, quae in promissiones quibus Catholicam Christus donauit ex a quo ius habent. Istarum autem alias esse puras, impuras alias, quae tenus a Deo ad seipcas discedunt. Denique vel purissimas quasq; Dei ipsius iudicio impuras esse, cuius oculis vel Angeli ipsi a perfectione absunt, sed quas tamen ferat promisericordia sua, in filio suo Iesu Christo Domino nostro.

## CATHOLICÆ ECCLESIAÆ

VISIBILIS PARTES, QVAS-  
dam puras esse, alias impuras, &  
quæ sint inconcussæ in Ecclesijs  
puritatis notæ.

## CHAP. II.

**E**cclæsia vniuersalis seu Catholica visibilis, eorum est omnium cœtus qui toto orbe Domini Iesu Christi Euangeliū profitentur, in multis vii diximus Ecclesias singulares distinctas: quequidem omnes vnicum corpus constituant. Singularum istarum tanquam eiusdem corporis membrorum & partium aliæ sunt pure, aliæ impuræ, & harum quidem aliæ magis, aliæ minus sunt affectæ, extat etiam quæ quum superioribus seculis integerima esset valetudine, nunc periculosisimo morbo labore: quatenus omnes ex hominibus constant atque idcirco iisdem quibus homines morbis sunt obnoxiae. Puras & sanas Ecclesias, orthodoxas, sinceras vera doctrinæ consentientes vocamus, quò nomine veterum plerique fere

ferè omnes eas insigniunt, impur. es autē dicimus  
aberrantes, hæretic. es, schismat. es prout in fide  
aut charitate peccant, siue aduersus Christum, siue  
Ecclasiam aut etiam vtrunq., suo tamen qu. usque  
gradu & progressu. Hæ nihilominus verè sunt  
Ecclæcætus, nimis que proficiuntur Chri-  
stum. Non tamen puræ Ecclesiæ i. que Deum so-  
lum in unico Christo colant, a zym. s sinceritat. s  
& veritatis: que madmodum homo mendax, verè  
est homo, quam imius in nimè verax homo. Nec  
quis homo esse definit externa licet specie defor-  
mis, intus autem elephatias pueris & tabillis ad-  
hæc aut membris aut mente captus ut præceptu. s  
humanae vitæ a filio. es obire nō possu. nec sermo-  
nis quidem aut rationis usum habeat, quem tamen  
præcipue hominem à bellua discriminat.

Memini quidè veteres puram Ecclesiam vo-  
care x̄ḡt̄ Εχλ̄ Catholicam, ut eam à cætibus  
hæretorum distinguant: verum si propriè loqua-  
mur, singulari Ecclesiæ quantumlibet pure non  
coperit Catholicæ appellatio: sin illis hoc nomine tri-  
buimus quoni. i. sunt partes universalis eadem ra-  
tione impurissimis quoque conueniet. Neque enim  
Catholicæ nomen symbolo adscriptum legimus ut  
puram ab impura Ecclesia distinguat: sed Iudaicæ  
Hierosolymis affixam à Christiana, cuius fines  
Christus suo aduentu in extremos usque fines or-  
bis propagauit, id est, ad statuendam gentium vo-  
cationem, contra Iudeorum ementit. es præcepta.  
epist. 1. quorum inanem i. tantam Paulus tribuit

epist. ad Rom. capiūbus compescit, tum etiam ut  
palam fieret prophetarum prædictionū veritas,  
de nationibus omnibus in Christo in unum populū  
cooptandis, q[uod] controuerſia caput veterē imprimis  
Ecclesiam exercuit. Quinetiam si quis intropiciat  
eā loquendi rationem apud veteres, ut Ortho-  
doxam Ecclesiam, Catholicam dicerent, ex disce-  
ptationibus profectā esse constabit adne fūs Schis-  
maticos; quales fuerunt Novatiani, Donatistæ,  
Id genus alij, qui totam Ecclesiam suis conuē-  
tibus circumscrivebant, reliquos cœtus tota ter-  
rarum orbe excludebant, cuiusmodi imprimis erat  
Donatistæ qui Ecclesiam Africæ gurgustiolo con-  
cludebant, quod sibi præ alijs sanctiuli viderentur,  
quibus refellendis Ecclesia Catholicæ sine vniuer-  
salis per universum orbem diffusa ex Scripturis  
opponebatur.

Nunc indubitas notas perquirere iniat,  
eius Ecclesie quam Orthodoxam & puram seu  
maius Catholicam vocamus ut ab impuris & er-  
roneis distinguamus. Iam dictum est eundem De-  
um qui sua benignitate electis pater esse dignatur,  
eorum quoque matrem Ecclesiam dici voluisse.  
Porro matris est, non liberos tantum in lucem e-  
dere, sed ea demum vera est mater, quæ quos ge-  
nuit alit deinde & fouet. Baptismo autem adopta-  
mūs in filios quum natura essent us iræ filij, verbo  
deinde primum tanquam lacte infantes, tum a-  
dulti ut firmore & solidiore cibo alimur, denique  
Cena Dominica communione arctius Christo

vniuersitatem, atque ita in hereditatis cœlestis possessionem adimur. Inde consequitur eam esse puram Ecclesiam, & genuinam matrem quæ nos Baptismate gignit, verbo pascit, Cœna Christo & inter nos articulus in dies coniungit, id est, in qua pura & casta viget Dei prædicatio, & Sacramentorum ex verbi instituto & præscripto administratio. In Iudaica sive Israëlitica Ecclesia, Circuncisio Baptismi, Pascha Cœna Dominicæ fuerunt æritutæ, Dei verbo suam utrobique alendis pijs idoneam facultatem retinente. Ea de causa Iosue sub ipsum promisse terræ ingressum, admonitus à Domino ut labefactum per desertaculum restitueret, populum circumcidit, Sacramento quoque addixit, ne vel tantillum à verbo Dei discederent, si modò populus Dei, id est, Ecclesia esse & dici vellet: Iosias quoque perturbatorum omnium statu, de reformanda Ecclesia cogitans, quum sola circumcisionis in carne nota visibilis superesset, legis primum doctrinam postlimino resuocat, promulgat, adeiusque obsequium populum iuramento addicit. Demide Pascha per præconem denunciat, his ferè verbis; Celebrate Pascha Domino Deo vestro, sicut scriptum est in libro Fœderis, id est, ex Dei instituto. Esdras, reduce populo ex Babylonica seruitute, rursus edificandi Templi, & restaurandæ Ecclesiæ, hac fundamenta iacit: Legem populo explicat, & fœderis instar iuramento sanciendam proponit, deinde ut eos pascat & fulciat spes certa & fiducia suo tempore exhibet.

Iof. 1. 18.

&amp;c. 19.c.

2. Reg. 23.

2. Chr. 34.

a. Chr. 35.

exhibendæ salutis, purum & aschatis usum resti-  
 tuit, ad prescriptum eorum ( inquit ) quæ scripta  
 sunt in libro Mosis. Denique ut paucis absol-  
 uam, eximij quique Dei seru qui post insignem  
 aliquam Ecclesiæ vastationem de ea restauranda  
 cogitarunt, h. as not. is semper visendis exerce-  
 runt, non secus ac belli dux peritus, ut dissipatum  
 clade aliqua exercitum recolligat, signa militaria  
 ex edito loco conspicienda proponit, quo pedem re-  
 ferant quotquot ex clade dispersi & palantes va-  
 gantur. Christus ipse sponsus internoscendæ spon-  
 sa sua tesseras non alias dedit. Atq. eo ipso quod  
 sponsam nominat, audiens officium docet, vt diclo  
 sit nec aures patere finat exteris, neue monilia  
 & matrimonij pignora seu ἀντιφέρα vel perire  
 vel contaminari finat. Sic autem expressis verbis  
 ait: Quæ veritate est audit vocem meam, Oues Ioan. 10. 37  
 meæ vocem meam audiunt, vos autem non audi-  
 tis quia ex Deo non estis. Casta igitur sponsa &  
 verax Ecclesia ea sola est, quæ vocem Christi au-  
 dit, vocem inquam non inanem, & quam quis  
 pro arbitrio finixerit, sed quæ in Scripturis ex-  
 pressa resonat, & in finem usque sonora erit, eant  
 videlicet quæ Prophatarum & Apostolorum  
 ore Deus pronuncianit & cui tanquam fundamē- Ephes. 2. 8.  
 to, Paulus Ecclesiam nisi docuit, Christo totius  
 edificij angulari lapide. Qua ratione ad constituen-  
 das Ecclesias Christianas Apostolos ablegans: Ite  
 inquit & docete, quasvis gentes baptizantes in no- Mat. 28. 19.  
 men Patris, & filij, & Spiritus sancti, docentes eas  
 scri-

seruare omnia quæ mandauit vobis. In actis <sup>an-</sup>  
tem legimus, Apostolos perdurasse in doctrina A-  
postolica, fractione panis, & præcibus, quæ breuis  
est & expressa Christi Ecclesiæ descripcio, quæ sim-  
ceram fidem verbo docetur & Christi communio-  
ne in veram charitatem vnitur. In eandem do-

Ambros. lib. 1. trinam conspirant. Ambrosius dum Ecclesiam  
de sacra. Catholicam eam esse diffinit, in qua Deus seruus  
cap. 7.

Aug. contra suis colloquitur: Augustinus etiam dum Aposto-  
Crescon.

Gram. lib. 2. lorum & Pastorum ministerium in verbo Dei  
cap. 11. &c. & Sacramentis constituit. Iam addamus & ter-  
tiam notam exteriām licet, Pastorem scilicet &

Ministrorum Ecclesiæ legitimā vocationem, qui  
bus est credita verbi & sacramentorū administratio.  
Quum enim de prædicatione agatur, quæ vel

Rom. 10. 15. verba vel Sacramentis & palpabili videlicet ser-  
mone constat, eos autem muti oporteat, qui præ-  
dicaturi sunt: mittendis pastoribus est ordo in Ec-  
clesia vel maxime necessarius: Verum hoc caput  
alio posse a loco expediuimus.

Orthodoxas igitur Ecclesias & puras dicemus,  
in quibus puram & legitimam verbi & Sacra-  
mentorum administrationem agnoscere licebit,  
id est, ut loquitur Cyprianus, ita ut Christum se-  
quamur. Nec communionem, cum eiusmodi re-  
fugiemus, aut Deum illis adesse dubitabimus, er-  
roris licet aliquid in doctrina, aut in politia exte-  
riore perturbationis, vel deniq; in moribus deprava-  
tionis sit admixtum. Huc enim semper redun-  
dum est, nos homines esse, Ecclesiam autem ex ho-  
minibus

Cypr. lib. 2.  
opist. 2.

mīnibus non sēcūs ac orationē ex litteris & syllabis constare, quorum ingenium aliqua semper ex parte referet, quamdiu in mundo peregrinabitur. Sed videndum est imprimis ut in præcipuis doctrinæ capitib⁹ maneat semper sarta tecta veritas. Etenim impuras & minime Orthodoxas non perinde facile erit discernere. Simplex est veritas, sanitas, rectitudo. At mendaciorum, morborum, curvitatū infinitus est numerus. Eadem ratione multiplices sunt species & gradus impuritatis in Ecclesia. Eas autem uno verbo impuras describere possumus, in quibus adulterata est verbi & sacramentorum administratio, ut vel Dei gloriae vel hominum saluti adueretur. Quoniam autem uniuscum Euangelium ad fidem & charitatem reuocatur, Christus autē totus (ut loquitur Augustinus) caput & corpus est: Idecirco ad duas præcipue species illas reuocabimus, & hæreticas dicemus quæ à fide & Christi doctrina aberrant. Schismaticas autem quæ à charitate & Ecclesiæ, quæ corpus est Christi, communione discedunt, utrumque quoad doctrinæ veritatem in capitib⁹ omnibus consentiant.

Verum enim verò quum varia sint doctrinæ Christianæ capita, variae quoque sunt hæreses species, dum haec in unum, illa in alterum caput doctrinæ peccat. In uno etiam & eodem dogmate aliae alijs longius & periculosius aberrant. Sed & quedam unicum, quedam plura capita oppugnat. Quemadmodum in uno & eodem corpore aliis est

Augu.lib.de  
vnitac. Eccl.  
cap. 4.

morbus in vitali, aliis in organica parte, aliis  
 hepaticus, aliis ex scurbo tumor. Denique ion-  
 gè aliud est, unicum corporis membrum, aliud  
 totum corpus male affectum esse, & ογκωμα  
 laborare. Ergo eisque potest Ecclesia aliqua ha-  
 reseis contagio infici, ut à capite usque ad talos  
 nihil superstet integrum, Idolis etiam prostituta pu-  
 dicitia, prauoque hominum consuetudo corrupta. Ne-  
 que tamen quandiu sunt hæretica, desinunt esse  
 Christi Ecclesie, ut nec homo propter morbum  
 homo esse desinit: imo ea ipso quod sunt in doctrina  
 Christi hæretica, coniunctur adhuc Ecclesiæ esse,  
 morbum enim à corpore distinguimus, tandem ali-  
 ter quam ex morbo quo quis afficitur, hominem  
 esse, non hominio cadaver, agnoscimus. Si ve-  
 rò ab hæresi in artificiis demergantur, tum de-  
 sumus Ecclesie esse desinunt, ubi Christus anima  
 Ecclesie, Salvator & Mediator non agnoscitur,  
 ubi mediatio illa qua Christo Ecclesiam, ut in-  
 gulm corpori caput coniungit, absissa est. Cuius  
 rei tristissimum extat exemplum in Asiaticis Chri-  
 stianis, qui passim à Nestorianæ hæresi in Mahu-  
 medis castra transferunt, id est, ab hæresi ad im-  
 pietatem descuerunt, quantumuis Alcorani bla-  
 sphemiae Christum laudibus efferant, tum enim  
 rugulo præciso exanyme iacet corpus, & publicè  
 repudium Christus illis Ecclesiæ edixit, qua in  
 alterius nuptias & thorum aperte connolarint,  
 & Dum, summumque bonum, ab illo abdulce-  
 querant.

Nempe.

Nempe igitur eo res redit, has esse, de quibus paulò ante diximus, veras Ecclesiae notas, Ecclesiae, inquam, quae pura sit & casta Christi sponsa, eorumque mater quos pater ille cœlesiis hæredes scripsit, ut Deo liberos gignat, nutrit, Christoque coniungat, quarum rerum sunt symbola & organa, Baptismus, Verbum, Cœna Dominica. Vnica vero tessera Ecclesiæ tanto elogio nō exornat, sed coniunctim omnes. Eisi enim verè mater est quæ quos genuit liberos exponit: vera tamē, & yngria mater esse negatur. Eiusmodi fuit Samaritana seu Israëlitica Ecclesia, in qua Circumcisionis symbolum reliquum erat, Lex etiam, sed titulo tenues Adulterijs, inquit Dominus, & omnium libidinum prostituta iacebat, id est, cultus quo subet idolatriacos amplectebatur addit: tamen, genuisse sibi filios.

Deo inquam liberos gignebat, qui Circumcisione suos agnoscebat (quantumvis esset ob seculis adulterij repudio digna) quod Dominus ipse födere pentitus adhuc abrupto repudium nondū misisset. At enim quos illa Deo genuerat Molocho, fouebat, igne lustrabat, idolis consecrabat, & quantum quidē in se sitū erat, satana & orco adiudicabat. Iisdē etiam locis dicitur illius fororem Hierusalem, Oholibam, in qua Deitabernaculum esset, multo deteriorius se gessisse, adeò ut infra Sedom ipsam deiiciatur. Eadem ratione Christus Pharisæis: Vos inquit cœlum & mare circumcurratis, vt proselytū aliquem efficiatis. Id autē consecuti, eum duplo filii gehennæ redditis. i. tā prava accedit vestra in-

Ezec. 16. 20.  
Ezec. 23. 37.

stitutione, ut Circumcisio praeputio sit nocetior, quod illi tantu lacunae de vero Deo cognitio in maiorem cedat condemnationem. Porro quin idem sit Ecclesia Christiana contigerit, dubium esse non debet. Nam ab initio subiecta sunt haereses in principiis fidei articulis tanquam morbi in nobilioribus corporis partibus, ac nominatum in capite de Iesu Christi Filij Dei diuina aeternaque natura. Pecatum hominis morte plectendum erat: Mediatores igitur Deum & hominem esse oportuit; ut mortem gustaret, hominem: ut mortem debellaret, Deum. Christo igitur, qui deitatem eripiebat, principia eum dignitate spoliabat, ex qua nobis salus constat. At qui negata aeternitate negari quoque Deitatem necesse est: quae res enim initium habuit, eandem quoque naturaliter finem habere consentaneum est. teterima interim illa haeresis, adeoque multæ similes nec paucas nec contemnendas Ecclesiæ pernaserunt. Vetus tamen Ecclesia quatenus illorum Baptismum non esse repetendū censuit, eatenus Ecclesiæ esse iudicauit. nimis vero quoniam Christus à quo veritas & efficacitas Baptismi pendet, in Ecclesia sola baptizat, quo argumento docuerunt, Ecclesiæ Christianas esse posse quæ quos ut matres genuerunt, ipsis etiam nouercis deterius alant & instituant. Atque ideo circa Baptismum quo vitiliter infantes timili fuerant, addunt adultis obfuisse, dum haereses amplectuntur quas prius ignorauerant.

Ecclesia Latina tum temporis ut olim Samæ

mariae Hierosolyma periculis eiusmodi erroribus cordate se opposuit, multosque sanauit, unde magnam est laudem apud omnes & authoritatem consecuta. Verum & ipsa miserrime postea lapsa est. Quum enim Dei benignitate ( qui veritati semper alicubi suas sedes assignat ) ab hæresi illa tanquam morbi contagio liberata esset, hoc totum industriae sue tribuit quasi extra erroris periculum sita esset, perinde ac si quis ad annos aliquot prospera usus valetudine, nihil iam morbos veritus, intemperantie laxaret habendas. Atque inde factum dicimus, ut intemperie vniuersalilabaret, sic que hæreses hæresibus cumularet: ut iam non in morbum incidisse, sed ipsa morbus esse videatur, usque adeò iā cœautobrötia dedoluit & planè stupida obduruit. In illam igitur non immeritò competere dicimus, quod Ezechiel propheta Hierosolymis tribuebat; sed in qua illi in Domini sibi quietem delegerat: Someron secundum dimidium peccatorum tuorum non peccauit. Non fecit Sedom soror tua & filiae eius sicut fecisti tu & filiae tue. Iustificasti sorores tuas præ omnibus abominationibus quas fecisti, conuertam igitur captiuitates earum & ignominiam tuam portabis. Verbum Dei demensum est quod suis liberis Dominus in cibum reliquit. Ecclesia Latina vt eos siliquis pasceret, illud abscondit & defudit in terram: quod si vel pudore adducta non nihil protulit, præsentissimo veneno oblitum exhibuit. Verbum illud in uno Deo vitam quæ-

Ezech. 16.

B ij vere

rere docet, hæc vero nos ad homines natura perditos, imo vero ad filium illum perditionis deducit: In Christo Deo infinito, meritum infinitum quærere nos verbum docet; papatus nos nostris meritis affixos detinet, quæ nihil præter mortem & inferos mereantur. Lex peccati retegendi causa lata erat, ut gratia remedium in Christo oblatum famelici quæreremus. Latina ex aduerso Ecclesia nos præ Iudeis Iudearem coegerit, salutem ex nostris lacunis haurire docens, ubi potius inferi commonstrandi erant, ut in Christo oblatam alacrius amplecteremur. In ipsam Dominum regiam Diabolus admisit, pani vitæ, mortem admisit, poculo cœlesti, venenum propinanit. Denique, si Baptismo quem tamen multis modis contaminauit, liberos in Dei familiam ascivit ut mater, nibilominus certum est, falsis eam culibus Diabolo eosdem educare. Ians vero, sive Christi officio, & quærenda in Christo salute agatur, quo tanquam ingulo, corpori caput Ecclesie Christus coniungitur: sic meritis hominum & Sanctorum, indulgentiarum fôrdibus, & infinitis blasphemiarum machinis pars hæc doctrinæ labefactata est, ut iam à tenui filo vita Ecclesiae penderet, eoque mox abrumpendo (quæ fuit Antichrysti in agendo sedulitas) nisi tempori Dominus, qui cum compescerent, seruos suos emisisset. Quamdiu vel tenuerit illum reliquum manet, Ecclesie nomen non denegamus, ut nec ei qui morbo contabescit, nomen homini.

bominis, quamdiu vinit. Quin & sponsam licet per nos illi vocent, modo adulteram quoque nobis dicere concedant. Attamen nos præ alijs omnibus quæ adhuc fuerunt, Ecclesiam illam hæreticam nominamus, sponsam quæ repudium meruerit, matrem quæ suos liberos satanæ alat, denique obnoxie rogamus qui eam recens natam & Janguine suo conspurcatam sibi sanctificandam assumere dignatus est: qui eam iam adulteram senescentem Christi filij sui sanguine purgauit, ut fœderis iam à pueritia usque imiti (quod Iudaicæ & Israeliticæ Ecclesiæ pollicebatur) meminerit, & quod iam non paucis corporis illius membris concessit, eam pristinæ puritati & integritati restituere dignetur. Atque haec tenuis de hæreticis & impuris, quoad dogma Ecclesis, quibus omnibus Romanam & Latinam eminentiore gradu errorum sitam defendimus.

Schismaticarum aliæ simpliciter sunt Schismate infames, aliæ si ad Schisma hæresis tanquam ad vulnera febris accedat, sunt Hæretice simul & Schismatice. De Hæreticis idem quod paulò ante dicimus. Schismaticis explicandis geminam distinctionem adhibemus. Causa (inquit Canon) non separatio Schismaticum facit. Namobrem eos Schismaticos dicimus, qui suis depravationibus legitimam confessionis occasionem alijs dederunt, non eos qui coacti arripuerunt. Neque enim Apostoli  
B iiiij Schis-

Schismatici erant vñcunque à Scribis & Pharisæis secederent & separatim conuenirent: sed ipsi Sacerdotes & Scribæ à quibus interficiebantur qui in medio Ecclesiæ cœtu Messiam aduenisse se probaturos profiterentur. Ceterum idem nostris temporibus contigisse suo loco confirmabimus iis qui media Concilij frequentia Antichristium patefacere voluerunt. Rursus author schismatis à sectarijs est distinguendus. Authores ut qui à charitate ac proinde à corporis Christi unione resiliant cum Dathane, Corab, & Abiramo conferri possunt, qui quantum in se est sua ipsorum nomina ex libro vite delent: plebs vero ipsa grex est Christi, sed malos duces natla; quod ijs præcipue competit qui schismate iam confirmato nascuntur, quanvis iusta utrique excusatione careant. Qua ratione cum Dathane schismatis antesignani absorpti fuerunt, sed ultio reliquam multitudinem præterit, quæ horrenda in sceleris authores animaduersione edocerunt, eiusdem pœnæ metu ab illis secedere. Simili ratione Hieroboamus cum successoribus, qui schismate Ecclesiæ praua ambitione fascinati diuiserant, diris deuonetur. Verum Samaria non prorsus à fœdere excidit medium quendam gradum propter falsos cultus natla inter Iudeos & gentiles. In summa ambitio, & his ius fons, charitatis defectus, Schismaticos colligitur: ab ijs igitur vitijs alienus populus qui factio potentiū non secus ac torreis impetu abripiatur: sic licet in separatione, schismaticus tamē propriè dici non

non debet. Et quemadmodum in factionibus quibus peccatur in rem pub. Princeps in capita seditionis animaduertit, Populo quæ vel ignorantia, vel aliorum splendore illektus peccauit, venians clemens indulget; sic idem prorsus ingenium speramus Patris illius misericordiarum erga suos liberos, qui ut plurimum præfectorum suorum ambitione tanquam sarcina pressi anhelant, & ab eorum sunt consilijs alieni. Atque hæc quidem dicta sunt de Ecclesijs quæ simpliciter sunt schismatice, id est, quæ schisma hæresi non cumularunt. Aliquid non prorsus dissimile in Ecclesijs hæreticis reperias. Sæpiissime enim accidit ut Ecclesiæ rectores suis speculationibus abrepti aliquatenus sint hæretici. At populus non item, qui si modi argutias non capiat, sed simplici sit veritatis oratione contentus. Verum hæc alio loco accuratius per traclabimus.

Nunc vero hæc esto superiorum omnium & va-  
xepalaiwic, puræ Ecclesiæ notæ, fidem esse &  
charitatem: verbi etiam & Sacramentorum in-  
stum legitimumque ministerium. Ecclesiærum  
autem impurarum Symbola sunt partim istorum  
defectus, partim impuritas: quod utrumque con-  
iunctim saepissime accidit. Denique quum nulla  
extet religio quæ certa doctrina suisque conspicuis  
signis ab alijs nō distinguatur: Ecclesiæ Christia-  
na suam doctrinam veteri & novo Testamento  
definitam, sua etiam Sacraenta Baptismum  
& Cœnam, signa habere dicimus. Quæ igitur

B v vtri-

*vtriusque purum retinet ministerium, pure, que  
impurum, impuræ censentur. Romana porro om-  
nium impurissima, quæ virumque tam fœde con-  
taminarit, ut vix aliquid super sit institutionis  
Christi vestigium.*

**ALIAS QVAS ADVERSARI  
PROFERVNT NOTAS,  
puris & impuris Ecclesijs com-  
munes atque adeo incer-  
tas esse.**

**CAP. III.**

**V**Erumenim vero illi ipsi qui se veris Orthodoxæ Ecclesiæ notis destitutos esse agnoscunt, negant pura verbi & sacramentorum administratione Ecclesiam dignosci posse, sed externis notis, puta antiquitate, multitudine, locorum & personarum successione, miraculis & revelationibus: monetarios imitati, qui pseudonomismata quæ proculderunt, non ex auro puro puto censi, verum ad sacram appendi, & ex sono, forma, colore, quæ omnia adulterari possunt, probari postulant.

*Antiquitatem igitur perpetuo nobis reponunt,  
Rob. 8.9. & iuxta illam amici ad Iobum admonitionem, Inter-  
rogabo secro ætatem priorem, & prepara te inqui-  
sitioni patrum. Et iterum: Dies loquentur, &  
multitudo annorum notam reddet sapientiam.  
Quibus ex eodem loco respondere promptus  
esset,*

effet, non semper honorabiles sunt sapientes, nec  
senes intelligunt iudicium. Profecto spiritus qui  
est in homine, & inspiratio omnipotentis intelli-  
gere facit eos. Sed quoniam ita urgent, fuisus ista  
persequi inuabit. Hic agitur de sinceritate Ec-  
clesie. Ecclesia cymbæ comparatur: quæ quo-  
diutius maria præternauigat, eò fit rimosior,  
adificio, quod vetustate labascit & sensim cor-  
ruit: Ciuitati cuius disciplina facile deprauatur, ni-  
si subinde ad initia reuocetur: corpori humano  
in quod annorum accessione deuehitur morborum  
infinitorum collusus, quum corporibus vel maxi-  
me integris & bene habitis senectus ipsa per se  
sit morbus. Ex vetustate igitur vel sola omni-  
no coniiciendum dico, Ecclesiam multas sordes  
& morbos contraxisse, eoque nomine absque con-  
troversia adferendum verriculum, et accersendum  
esse medicum, nedum ut inde puram esse & Or-  
thodoxam (quod illi constituerunt) colligamus.  
Iam vero quero, quid ethnicis responsuri sint,  
suam antiquitatem efferentibus, imo & Aug. qui

Hierosolymorum initium ad Abelem, Babylo-  
nian ad Cainū, promissionis item ad Isaacum, spu-  
riorum ad Ismaëlem etiam primogenitum refert.

Adhæc quid obsecro Christi temporibus Iudeis res-  
ponsuri erant, si veritate in Ecclesia ex antiquita-  
te metiri oporteat. Sc filios Abrahāni profitebātur.

Is autem credentium pater celebratur. Genealogias  
à prima usque hominis creatione repetebant: ve-  
tustissimas fœderis cum Deo tubulas proferebant.

Ae

Aug. in ps.  
64.

At illi antiquitate freti Christum iuxta promissio-  
nes exhibitu vt fabri filium, Samaritanum, Da-  
monio obsecsum, nonorum cultuum propagatorem  
famosum reddiderunt; vt plane sit verisimile  
nostrī temporis Rabbinos, si in illa incidissent tem-  
pora, quum iisdem argumentis nitantur, illum  
quoque crucifigendum curaturos. Eadem prorsus  
ratione dicimus Antichristum ex vaticiniorum  
veritate, iam dilabentem hanc domum subingres-  
sum fuisse, quum in antiquitatis altissimo, sōmno  
omnes demersi essent, quos vigilare & orare ex  
Domini praescripto potius oportuit. Illius con-  
clusus promouisse qui sibi sapere videbantur, omnia  
denique sursum & deorsum conturbasse. Neque  
tamen ut reteclum plerique agnoscant, ullis ra-  
tionibus adduci posse. Iterum peto quid Græcis,  
Armeniacis, & Ethiopicis Ecclesijs sint respon-  
suri, quarum fundamēta iecerunt Apostoli, & que  
Romanae sunt coetaneae, imo & primogenita,  
quum Ecclesijs Christi conslet ab Oriente Occi-  
dente versus propagatas fuisse. Hic si antiquitas  
puritatis laude præripiat, illas esse puras quis insi-  
cietur? Si pure sunt, Latina Ecclesia illarum iudi-  
cio & collatione impurissima erit. Sin illæ sunt ha-  
reseos & impuritatis nomine contaminatae quales  
illas censet Latina Ecclesia, vetustate puritas &  
veritas in Ecclesia non satis apte confirmatur.  
Quidigitur? Venerandamne antiquitatem ex sua  
fede deturbabimus? Imo ipsis aduersariis longe  
honoficentius excipiemus. Sed ita vt antiquis  
ille

ille dierum interrogetur, audiatur, & patribus omnibus præcat ex certissimi illius axiomatis regula, Primum quodque verissimum. Quæ quidem eō spectant si Ecclesiæ puritas contouertatur, ut ad verbi Dei examen antiquitatem renocemus, & quos anni prauos humores inuexerunt perpurgemus, et vegetæ iuuentutis integratæ restituamus. Atque ea demum est certa colendæ antiquitatis ratio, ut nos ad veræ illius effigië refingamus, nō autem ut vetustatis larua obteclis segnescentes putrefcamus, tandemque omnino pereamus. Hæc illa est magistri nostri regula. Querebatur de divorcio quod populo Moses ob duriciem cordis concesserat. Accesserat longissimi temporis præscriptio, siquidem Dei decretis præscribi posset. Quæstio nem D. paucis absoluit, Ab initio non sic erat, id est, non eiusmodi erat Dei institutio. Veritati, inquit Tertullianus, nemo præscribere potest non spaciū temporum, nō patrocinia personarū, non prīuilegium regionum. Ex his enim fere initium consuetudo ab aliqua ignorantia vel simplicitate sortita in usum per successionem corroboratur, et ita aduersus veritatem vindicatur. Sed D. noster Christus veritatem sè, non consuetudinem cogninavit. Si semper Christus & prior omnibus, eoque veritas sempiterna & antiqua res. Viderint ergo quibus nouum est quod sibi vetus est. Hæreses non tam nouitas quam veritatis reuincit. Quodcumque aduersus veritatem sapit hoc erit hæresis etiam vetus consuetudo. Quid Cyprianus? Si solus (inquit)

Tert. de  
virginibus  
velandis.

Cyp. lib.  
2. Epist. 3.

(inquit) Christus audiendus est, non debemus attendere quid aliquis ante nos faciendum putauerit: sed quid qui ante omnes est Christus, prior fecerit. neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed

Idem ad Pompe. ep. 9. & in Epi. ad Quir. & in tentent. episco. Et Aug. lib. 5 de Bap. c. 23 Ign. in epist. ad Philad.

Dei veritatem. Idem, Consuetudo ait, sine veritate vetustas erroris est, propter quod relatio errore se- quamur veritatem, quam veritatem nobis Christus ostendens, Ego sum inquit veritas; non dixit, ego sum consuetudo. Quid Ignatius? Illis qui antiquitatem obijicunt, ego dico, quia mihi antiquitas est Jesus Christus, quem nolle audire manifestus interimus est. En tibi Antiquos, qui ut veritatem disca mus nos ablegat ad illius Antiquissimim imagisterii.

Can. Cons. dist. 11. Can. mala c. fructu Can. si solas.

Perpetua est enim regulæ illius æquitas. Quæcum ab initio non valuerunt, successu temporis valere non possunt. Quod si regibus & ecclesiasticis possessiōnibus non præscribitur, multo minus & Deo ipsis & veritati amplissimo certissimoque Ecclesia thesauro præscribi potest.

L. Quæ initio D. de Reg. iuri. Multitudo. Exod. 23. Mat. 7. 13. Luc. 12. 22.

Nunc age de multititudine dicamus. Disertis verbis cautum est: Non eris post multis ad mala aduerso: Noli timere pusille grex, complacuit enim patri tibi dare regnum. Adhæc videmus quod ad Ecclesiam attinet, totum mundum in familiam Noë contractum: Paulo post etiam ad Deut. 4. 18. & 9. 1. &c. 11. 23.

Abrahamum. Israelicum populum exinde dominus adoptauit, ad alias gentes si conferatur, per exiguum: Denique ex omnibus populis partem minimam, Christianam videlicet Ecclesiam, quam

ea de causa pusillum gregem vocat. Quæ usq; adeo Aug. in ps.  
 vera sunt, ut Aug. Ecclesiam vno Abele &  
 vno Enoch definiat. Ex numerosa igitur mul-  
 titudine falsi potius quam veri, & impuritatis po-  
 tius quam puritatis presumptio colligitur, quum  
 in rebus omnibus hominis natura prona in ma-  
 lum feratur, ad bonum autem non nisi violento  
 quodam motu assurgat. Si de numero contendan-  
 mus, ethnici quolibet in populo plures vni oppo-  
 nent, & vnicæ nationi nationes omnes. Et  
 in ea ipsa nonnumquam vni atque alteri familie, Gen. 6.  
 familias omnes: quemadmodum Noah tempo-  
 ribus contigit, quibus qui filiorum Dei appellatio-  
 ne insigniuntur, tum ipsum Noah, tum ipsius pie-  
 tatem ludibrio habebant. Quin & in populo Dei 1. Reg. 19.10  
 electo Samaritani Iudeis, decē scilicet tribus dua-  
 bus præualebūt, in Iuda autem & Israele phopbani  
 pīs superiores erunt. Elias enim se solum esse con- 1. Reg. 22.8  
 queritur: & in Micheam veracem insurgunt  
 400. Pseudoprophetæ. Et Prophetæ seductū in-  
 clamant populū, Reges, Sacerdotes, Prophetas de-  
 nique ipsos. Christiana Ecclesia nihil omagis erit nu-  
 mero superior. Illius incunabula sic describuntur. Isa. 53.  
 Quis credit auditi nostri, & brachium Do-  
 mini cui reuelatum est? Tum enim in exiguum  
 numerum contractam fuisse legimus, & schola-  
 stici ipsi, mortuo Christo, parvo momento, docent,  
 sola virgine Maria circumscriptam fuisse. Adul-  
 ta iam Ecclesia, legimus, mortuo Constantino, quā  
 eius de nominis filius, Arrianorum partibus esset  
 additius,

Theod. lib. 2.c. 16. addictus tam paucos extitisse in medio Christia-  
nismo Orthodoxos, ut imperator exprobraret quis

tuor aut quinque cum suo Athanasio superesse

Theod.lib. 2.c. 16. qui pacem orbis vniuersi turbarent. Cui Liberius

Romanus episcopus. Non diminuitur, inquit, soli-  
tudine mea verbum fidei. Senescente iam Ecclesi-  
scriptura nos admonet quo tempore Christus est  
veniens (Antichristum autem qui mundum ser-  
ducat prius immitti oportet) futurum ut neque

fidem neque charitatem in terris reperiatur: referent  
enim illi dies Noe & Lothi tempora &c. Luna

igitur istius Eclipsis vniuersalis erit, terrarum  
mole inter Ecclesiam & solem suum ex opposito  
sita. Quodsi nullain densissimis istis tenebris alii

nobis affulgeat, à multitudine Cynosura exiguo illo  
numero sed felicissimo excludemur? Quid? annon

Asiatici Christiani & Africani qui à Papa sunt  
alieni; alios numero superant? Iam vero si Papa

puras illis Ecclesias concedite; certè quidem Ro-  
mana est haeretica, quam illi ob varia doctrinae ca-

pita dannant & reiiciunt. Si minus, numerus  
iam erit infirmissimum puritatis argumentum  
quo vel impurissimi quique certare possunt. Gra-

tias tamen quantas possumus maximas agimus  
D. Deo quisementem verbi sui benedicit, quem

professe vult fructum centesimum & millesimum.

Eundemque rogamus ut qui magnam iam par-  
tem orbis Christiani, ingo Antichristis solutos emi-

serit, opus hoc in dies promouere dignetur: verum  
hoc illud est quod contendimus, si quibusdam locis

D.

**Dominus paucos eruat, tanquā pastore ex ore leo-**  
**nis duo crūra vel auriculam vnam (ait Propheta Am.3.12-**  
**Amos) sive, vt Ieremiæ verbis utar, assumat**  
**vnum de ciuitate vna, & duos de tribu vna, quos**  
**in restitutam Sion introducat, non idcirco vocā-**  
**dam esse in ius veritatem, quæ nobis id ipsum fore**  
**prædictum, nec ingentem numerū veritatis & pu-**  
**ritatis notam esse, vt nec exiguum mendacij.**

Am.3.12-  
Iere.3.16,

Deinceps locorum & personarum sequitur suc-  
 cessio, quam successioni veræ doctrine, quæ à no-  
 bis in Ecclesia vrgetur, opponunt. Quod ad loca  
 attinet, dubium non est, quim Iudaismum sapiat  
 orbem vrbe concludere. Iam enim Ecclesia  
 Hierosolymis non est affixa, sed in dies experi-  
 mur, eum vocari à Deo populum, qui populus non  
 erat: quemadmodum ex aduerso iusto suo iudicio  
 permisit, Ecclesias Christianas in Turcicas haras  
 transformari, qualis est Ephesina, Pauli & Ioan-  
 nis ministerio plantata, & rigata: Qualis etiam  
 Africana, Hipponeñsis quam docuit Augustinus.  
 Quid? annon expressis verbis monemur futurum  
 vt Ecclesia Dei ab Antichristi persecutionibus in  
 desertis per fugium querat? Qua ratione Hilarius  
 aduersus Auxentium affirmat potius in caverne  
 delitescere Ecclesiam, quam in primarijs sedibus  
 eminere. Certè quidem, Ecclesia est ciuitas, hoc  
 est, ciuium vniuersitas, quæ Christo paret æquissimo  
 moderatori. Ciuitas autem ab vrbe differt, quod  
 hæc moenibus, altera populi ex legum vinculo v-  
 nione consistet. Quamobrem ciuitas Romana cum

Locorum  
successio.

Plut. in  
 Them.  
 Dion. li. 41.  
 App. in lyb.  
 Flot. c. 49.  
 exule Camillo Veijis erat, quo tempore vrbe Ro-  
 ma hostes potiebantur. Sic enim Themistocles A-  
 thenas nauibus deferri dicebat: Quod & Romani  
 Carthaginenses magno suo malo docuerunt, quos  
 vrbe ciuitatem suam transferre coegerunt. Ipsi  
 denique Papæ, Ecclesiæ Romanæ sedem annos  
 80. integros A uenionem derulerunt, quum ipsi  
 etiam Roma abessent. Adde quod huius argu-  
 mentiratio, ex a quo competit Græcis, Syriacis,  
 Armeniacis, Æthiopicis, & eiusmodi Eccle-  
 siis, quas falsorum dogmatum, eorumque multi-  
 plicium nomine damnat. Denique Hierusalem si  
 quæquam alia Ecclesia hac loci successione glo-  
 riari potuit, dicente Scriptura: Hæc requies  
 mea in seculum. Item: Elegi & sanctifi-  
 caui domum hanc, vt sit nomen meum  
 ibi usque in seculum. Ea que de causa prophe-  
 tarum reprehensionibus sacerdotes oppositas has  
 voces ingeminabant: Templū Domini, Tem-  
 plum Domini, Templum Domini. Quid ad  
 hæc Dominus? Ite quæso (inquit) ad locum  
 meum quierat in Silo, vbi habitare feci no-  
 men meum in principio: & videte quid fe-  
 cerim ei propter militiam populi mei Israël:  
 Faciam & ego domui huic super quam in-  
 uocatum est nomen meum, in qua vos con-  
 fiditis, & loco huic quem dedi vobis & pa-  
 tribus vestris, sicut feci Silo. Emendádo igi-  
 tur emendate vias vestras & opera vestra,  
 & faciendo facite iudicium, &c. Age vero, si  
 tem

Psal. 132.

a. Chro. 7.

Ier. 7. & 26.

templum suum Dominus abiecit, sacerdotū prauitate adductus, quum vel unicum toto mundo extaret: an obsecro in Romana Ecclesia, aut quis alio loco defixi hæcerere debemus, hoc præsertim tempore, quo sunt ex æquo templum Domini omnes universi orbis plaga?

Nec minus est frinola personata illa (quæ vocant) personarum successio. Quælibet Res publica perpetuam habet magistratum seriem, vel hereditario iure, vel delectu. Si tamen de reformando ex legibus publico statu agatur, nemo erit (opinor) qui sic inepiat, ut huinsmodi argumentis utatur, Magistratum vel maioribus vel alijs succedens gero: Non est igitur quod mihi Reipublicæ reformatæ cura incumbat. Neronem tyrannide insignem fuisse quis neget, Augusto licet progenitum? Quis Commodum M. Aurelio patre satum boni principis laudibus exornet? Nec magis est controversum, Manasse regem, ruptis iusticiæ & pietatis repagulis, Ecclesiam polluisse, præstantissimi licet illius Ezechiae filium: Iosias autem huius Manasse nepos, collapsis leges & Ecclesiam restituit. Nam vero ipsi lure consulti qui tyranorum genera duo constitunt, eorum videlicet qui sine titulo, & eorum qui vsu ipso & minere exercendo sint tyranni, id est, quorum est iniusta usurpatio, vel quorum est iniusta gubernatio, ijdem quoque paparum tyranndem in duas species distribuunt, hos enim intrusos vocant, qui se se contra legum disciplinam obrudant,

Personarum  
successio.

Alij tyranni  
sine titulo,  
alij sunt  
exercitio.  
Sic loquitur  
Bartholus.

illos vero Abutentes, qui auctoritate abutantur.  
 Atque ita suo iudicio palam faciunt, idem immi-  
 nere periculum ab eorum qui Ecclesiae præsunt,  
 quam eorum qui Magistratus in Republica gerunt,  
 successione. Ecclesia imprimis Iudaica suorum  
 pastorum successione gloriari poterat: Sacerdotium  
 enim in Aaronis familiam erat collatum, cuius pa-  
 tribus filii succederent, ut alijs sacrificare nefas  
 esset: usque illud quo frueretur in perpetuum, Dei  
 promissione nitebatur. Quo fiebat, ut Prophetæ si-  
 quando illos ad resipiscientiam hortarentur, his vo-  
 cibus exciperent: Lex non peribit a sacerdote,

Iere. 18.18.

& Consilium a sapiente, & verbum a Pro-  
 pheta. Hac illi. Verum quid spiritus Dei respon-  
 deat andiamus: Quomodo dicetis, sapientes  
 sumus, & Lex Iehouæ est nobiscum? Verè  
 ecce in vanu adaptavit stylum tuum scrip-  
 tor, frustra scriplerunt scribæ, pudore affecti  
 sunt sapientes, perterriti sunt & capti sunt:  
 Ecce verbum Iehouæ reprobauerunt, & sa-  
 pientia quid ad ipsos? Sic dum illi apud Chri-  
 stum gloriantur se Abrahami sanguine satos,

Ioan. 8.44

Scio, inquit, vos esse semen Abrahamæ: Atqui  
 Diabolus est pater vester. Quod si quis requi-  
 rat egregium sapientię illius hereditarię, & suc-  
 cessioni additū facinus, illa ipsa est quæ Christum  
 Crucis maledictioni adiudicauit, oblatamque se-  
 lutem conculcauit: quemadmodum & eadem, sed  
 personata tantum, Antichristum adorans, exitum  
 ipsum hospitio excipit. Adhæc successionis istius

p. 10.

propugnatores interrogare mihi liceat, ecquid Samosatenis, Nestorianis, Arianis responsuri fuisse, qui propagatam à primis usque episcopis originem proferebant, ac nominatim Nestorio & Samosateno, qui legitima vocatione, patriarchatus sedem, ille Constantinopolitanam, hic Antiochenam adepti erint? Liceat iterum querere, quid excipiant Græcis & Orientalibus Ecclesiis successione gloriantibus: quid item Anglicis, Daniis, Suevicis, Germanicis, reformatis Ecclesiis, penes quos estius illud successionis episcoporum in Episcopos, & pastorum in pastores? Si primatum papisticum requiri velint, illud pernegamus, & atlio spectat hæc disputatio. Si successionem simpli-rem, causa cadunt. Si doctrinam, ergo huc res redit, ut personarum successio absque doctrinæ suc-cessione nullius iam momenti habeatur.

Sed enim obiciunt, veteres ferè scriptores hoc argumento usos fuisse: quod equidem non inficia-mur. Verum si quis attendat, nullo negocio agnos-cet, vel illud aduersus hæreticos qui scripturis au-thoritatem denegarent, usurpare: vel ita, ut sem-per doctrinæ successionem conungerent. Augusti-nus hoc telo Manichæos petit. Atqui magnam Scripturæ partem repudiabant, ac nominatim Acta Apostolorum, ne Spiritus sancti missionem cogerentur admittere, cuius loco suum Manichæū substituerent. Idem quoque profert miracula, an-equitatem, &c. Verū cōtinuò subiicit. Apud vos vbi nihil horum est, sola personat veritatis

C iii polli-

Aug in epi.  
Fund. c. 4.

pollicitatio, quæ quidem si tam manifesta monstratur, ut in dubium venire non pos- sit, præponenda est illis omnibus rebus qui- bus in Catholica teneor. Sic differimus cum ijs, quibus Scripturæ non sapiunt: rationibus ni- mirum probabilibus, & profanorum librorum authoritate, ex quibus tamen regulis absit ut ve- ritatem metiamur. Aduersus Donatistas, Ari- nos, Pelagianos, aliosque qui scripturas admittie- bant, scripturis pugnabat. Quodam loco, post alia multa profert 39. Episcoporum Roman. catalo-

*Aug. Epist.  
156.*

gum, sed addita clausula, In tota (inquit) hac serie nullus extitit Donatista, id est, hac vestra doctrina adhuc ignota fuit. Tertullianus sui temporis haereticos urget, qui scripturas ut plurimum improbabant, ut maiores suos Aposto- los vel discipulos Apostolorum proferant, sed co- sanguinitatem, ut ipse loquitur, doctrinæ continuo requirit, quæ successioni cuilibet præfert. Nempe postulat: ut non ipsi tantum sint Apostolorū filii, sed eorum quoq; doctrina doctrinæ Apostolice fi-

*Ex distinct.  
40. in dect.*

lia. In eundem sensum Chrysostomus, Non ca- thedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathe- dram: Non locus sanctificat hominem, sed

*In epist. ad  
Hierod.*

homo locum. Hieronymus quoque, Non ian- etorū (inquit) filii sunt, qui tenent loca san- etorum, sed qui exercent opera eorum. De- nique nullum repieres qui in aliud sensum hac de- re loquatur. Et sane ius quod quis non habet quā in successorem conferre non possit, & Paulus ana-

themata

Thema denunciet Apostolis atque adeo Angelis  
ipsis, qui aliud à suo Euangelium doceant : neces-  
sariò efficitur, Apostolorum successores esse reiici-  
endos, qui aliter doceant. Ergo nullo loco haberit  
debet siue personarum siue locorum successio, sed  
solum doctrinæ, quam veram esse diximus & in-  
dubitatam Ecclesiæ notam.

Quod ad miracula attinet, si de ijs agitur, quæ Miracula  
aut lege per Mosem promulgata, aut confirmando  
Euangelio fuerunt edita tum à Christo, tum ab  
Apostolis, certum est, ex quo causam iuuare Sa-  
maritanorum, & Iudaorum, Hæretorum & que  
ac Orthodoxorum, nec minus ecclesiæ quæ sunt  
impuræ, quam quæ puræ sunt & habentur : quo-  
niam Samaritanis & Iudeis hic scopus est, ut  
verum esse Deum probent, qui legis fuit author:  
alijs verus Messias lege promissus, quem utrique  
admittunt, & se colere profitentur. Itaq; argumē-  
tum est vtrisq; cōmune. Alia quæ obijciunt mira-  
cula, ijs præsertim locis quæ Antichristū premere  
tyrannide defendimus: si re ipsa sunt falsa & ficta,  
mendacij testimonia esse dicimus. Quod si quedā  
verè gesta extant, non statim idcirco veritati te-  
stimonium perhibere admittimus. Ethnici in pro-  
phanis idolorum suorum fanis diabolica miracula  
babuerunt: & ea quidem effectu ipso vera, ut ex  
historijs patet. Simon Magus eo nomine Christū se  
voluit agnosci. Apollonius Tyaneus & Apuleius  
Madaurensis miraculis quoque insignes fuerunt.  
Fieri quidem potuit ut plurimum, ut stultorum

Aug. de cit.  
Dei. lib. 8.  
cap. 21.

Tit. Lviies  
multis locis

mentes meris illusionibus fascinavit Dæmones,  
quisensibus externis, ut ait Augustinus, tanquam  
organis ad fallendum, aptissimis vterentur. Sed  
Deus ipse inter Samaritanos feruente idolola-  
tria multa & maxima edidit: qualia fuerunt, quum  
Assyrios leonibus deglutiendos tradidit, ut con-  
temptum inter hostes vindicaret: non autem ut  
erroribus & fictitijs cultibus authoritatem conci-  
liaret. Quæ proximè Christi aduentum secuta sunt

*2. Rom. 18.  
84.*

hæreses, suis etiam miraculis non caruerunt, ut  
nominis sui gloriam quibus suis gentibus pateface-  
ret. Nec cunquam mirum videri debet, si à super-  
stiosis etiam in regionibus illis non ita pridem  
nostris hominibus cognitis nonnulla edantur. Hac  
igitur omnia non magis sunt puræ Ecclesia tesse-  
ræ, quam vel Samaritani, vel primis illis tempo-  
ribus hæretici puras Ecclesias constituebāt. Vnde

*Lib. de vni.  
Eccle. c. 16.*

Augustinus: Profertis miracula vestra, inquit, in quibus homo non ex merito loci, sed de-  
siderij sui exauditur. Nolumus nos Eccle-  
siam nostram probare vel ex successione  
Episcoporum, vel ex autoritate Concilio-  
rum, vel ex miraculorum frequentia, vel ex  
visis & somnijs, &c. Quæcunque talia in  
Catholica sunt, ideo probantur, quia in ea  
sunt: non itaque eam probant. Ipse D. Iesus  
quū resurrexit, suos Discipulos ad Scrip-  
tuas remittit Legis & Prophetarum. Ident-  
cōtra Petil. Donat. Sed vtrum ipsi Ecclesiam  
teneant, non nisi diuinarum Scripturarum

Cano-

Canonicis libris ostendas : Quia nec nos propterea dicim⁹ nobis credi oportere, quia in Ecclesia Christi sumus. Quia ipsam quā tenemus, commendarit Milvianus Optatus, vel Mediolanensis Ambrosius, vel alij innumerabiles nostrae communionis Episcopi. Aut quia nostrorum collegarum concilijs ipsa prædicata est, aut quia per totum orbem in locis sanctis, quæ frequentat nostra communio, tanta mirabilia vel exauditorum, vel sanitatum sunt &c, Hactenus Aug.

Porro Dominus ipse non dissimulat se Gehennæ adiudicaturum ex ijs nonnullos qui miracula in nomine suo ediderint. Non est igitur donum, eos

Matth. 7.4

qui edunt sanctificans, quod adversarij contendunt. Admonet idem, venturos pseudochristos cum miraculis, qui electos ipsos, si fieri posset, seducant. Et Paulus Antichristū venturum pre-

Matth. 24.

dicit ex efficacia Satanae cum omnipotentia signis & prodigijs mendacij. Ergo inter spiritus dona censeri non debet qua sanctificant & purificant Ecclesiam. Iam vero miracula non sunt ipso effectu falsa, sed sine, quia in falsitatis & Antichristianæ sedis confirmationem spectant, ut docet Aug. & Chrysost. In hunc locum Miracula

Hiero. in

Matth. 7.

Antichristi aut fore partim ementita & ludificatoria, partim ad mendacium inducentia. Quod si miracula puritatem Ecclesie & veritatis doctrinam necessario, probant, vicerit Antichristus. Similiter, tantum abest ut miracula in Papatu edita

August. de

Ciuit. Del.

20.1.19.

ad puritatem euincendam valeant, ut quum nulla  
alia quā Antichristi ante dominū adueniū prædicta  
fuerint, merito nobis suspicionem iniçere debeant,  
Romanam cathedram, prodigiosam illam esse An-  
tichristi sedem, quæ nobis fuerit multo ante tem-  
pore prædicta. In ipsis igitur salebris Christum  
magistrum Christianos omnes cum ipsis discipu-  
lis erudiantem audiamus. Miracula nondum  
natus ediderat. Nullus autem hic erat errori lo-  
cus: nemo enim nativitati suæ præst. Infinita,  
dum in viuis esset, omnium oculis spectanda pro-  
posuerat: Affixum deinde cruci, mortuum & se-  
pultum, paulò post secum edentem & bibentem  
conspexerant Apostoli. Carmina autem omnia  
& fascini cum famosis illis magis perierunt, ex  
quibus ne unus quidem vñquam resurrexit. Dis-  
cedente igitur Christo, sic suos affari potuit: Insig-  
nia me authore miracula vidistis: Nihil igitur  
dubium est, quin ego ille sim Christus vobis pro-  
missus. At qui relegat eos potius ad Mosem, Pro-  
phetas, Psalmos, denique ad scripturas sacras: re-  
ita obseruent quæ viderät à Sp. sa. prædicta fuisse,  
& quæ prædicta fuerant, impleta omnia vidisse.

Reuelatio-  
nes & visio-  
nes.

Deut. 13.

De reuelationibus & visionibus, quæ species  
sunt miraculorum, quid sentiendum sit, paucis ex-  
pedit scripture contextus. Sic enim Dominus: Si  
surrexerit in medio tui Propheta vel somniū  
sommians, & dederit tibi signū vel portentū  
eueneritq; signū & portentum quod locu-  
tus est tibi dicēdo, eamus post Deos alienos,  
non

non obedies &c. Sunt igitur & Prophetiae &  
visiones ipso effectu veræ, sine verò falsæ, ubi ad  
examen reuocantur, de quo hoc capite, nempe ad  
doctrinam. Ioannes etiam monens ne cuius spi-  
ritu credeamus, addit, Ex hoc cognoscite Dei 1. Ioan. 4.  
spiritum: quicunque spiritus confitetur Ie-  
sum Christum in carnem venisse, ex Deo  
est. Vult igitur probari spiritus ex ea quam pro-  
ponunt doctrina. Quin & Saul & Caiphæs pro-  
phetarunt: Verum (ait August.) adeum modum August. lib.  
quo asina Balaami semel est locuta: vera ta-  
men dixisse potuerunt, quum & Satan men-  
dacijs fucandi causa veritatem nonnunquam v-  
surpet.

2. ad Simp.  
quest. 1.

Hunc igitur locum ita concludamus: Hæc om-  
nia de quibus diximus non esse apodictica Ortho-  
doxæ Ecclesiæ argumenta: Primum quod exter-  
na sunt notæ, non ex rei ipsius natura petitæ: Se-  
cundo, quod sunt & veritati & mendacio com-  
munes: Ut autem veræ sint notæ, necesse est dis-  
crimen certum constituere: Tertio quod alio insu-  
per examine & probatione indigent, doctrinæ  
videlicet nota: Denique quum scriptura disertè  
doceat, Antichristum postremis temporibus ven-  
turum, qui longe maximam populi partem in er-  
rorem inducat, qui in templo Dei, id est, in Ec-  
clesia media & eius quidem celeberrima parte  
sedeat, qui stupendis signis & prodigijs sit mi-  
rabilis: Longe diuersa ab illis ratione concludi-  
mus, antiquitatem, multitudinem, successionem,  
miracula

miracula hoc seculo potius esse Antichristianæ sedis  
 & scortillius indicia, quam vel Christi, vel cæstæ  
 ipsius sponsæ, cuius Christus hoc vnicum nobis  
 Symbolum dedit: Qui ex veritate est, vocem  
 meam audit. Qui meus est discipulus, in ser-  
 mone meo manet.

SACRAM SCRIPTVRAM LY-  
 DIVM ESSE LAPIDEM, QVO  
 puritas doctrinæ probatur, quæ na-  
 tiua est purioris Eccle-  
 siæ nota.

## CAP. IIII.

**H**ie aduersarij obijciunt, doctrinam committit  
 esse argumentum, quam suæ quisque  
 parti attribuat, atque eam idcirco statui non  
 posse purioris Ecclesia notam. Respondeo, non  
 idcirco communem esse, quod hæreticorum om-  
 nium, usitata sit gloriatio: sed solius Ecclesia pu-  
 rioris esse peculum. Vetus latem enim, multitudo  
 pariter & hæreticos esse posse probauimus. At  
 veritatem, id est, veram Doctrinam qua in fide  
 & charitate sita est, sola possidet Orthodoxa. Est  
 enim una simplexque veritas, quæ dum alii glori-  
 antur, eam sano tantum mentiuntur, qui quidem ad  
 examen renocatus, paruo negocio falsi arguitur.  
 Adeundem modum eos videmus qui iudicio ex-  
 periuntur, suæ quinq[ue] causæ ius vendicare. Si  
 quis

quis tamen, quia verique illud à se stare contendent, idcirco profiteretur, non esse de iure querendum, sed secundum possessorem pronunciandū: an non & ridiculus haberetur, et quam sc̄pissime malae fidei possessorem aduersus legiūm rei dominū authoritate publicā armaret? Litigatoriis enim suam mordicus sententiam retinentibus supersunt aduocati, qui de iure contendunt: at lex supereminet, qua totam controuersiam decidat. Ad hoc autem quo de agitariūdīcum, Deus pro sua benignitate iudicem nobis aequissimum præfecit.

Agitur internos de puro Dei cultu. Qua vero ratione Deus sit colendus, multo minus est hominis pronunciare, quam imperiti rustici de legitimo quod principib⁹ debetur obsequio libros conscribere. Hominis enim ad hominem collati aliqua semper est proportio: hominis vero ad Deum nulla esse potest. Deus igitur solus hic est audiēdus: homines nullo modo, quidum de Dei cultu pro arbitrio statuunt, mera suaphantasmata collunt. Ea de causa Deus legislatoris partes sibi vni afferit lege promulgata, quae omnium omnia singula officia exactissime descrip̄ia complectitur. Et vero ut ἐδελοθρυσκειας omnes una littura induat, ne minimum quidem apicem aut addi aut detrahi permittit, ratione addita, quod eum cultus probet, qui sibi, non qui hominum oculis arrideat: quod eorum paucis his verbis complexus est: Parere quam sacrificium melius est. Sacerdotes, homines

Ier. 33. 28

Iac. 4. 12.

Deut. 12. 8.

&amp;c 32.

Ier. 7. 21.

Sam. 15. 22.

Prou. 30.

mines cum essent, non poterant hic conquiscere.  
Sed imprimis ipsius Aaronis liberorum exemplum horrorem omnibus merito incutit, quos ignis cœlitus immisso absumpſit, quod ignem alienum, nec mandato Dei probatum, obiulſerent. Nihilominus homines, ut qui sui ingenij fœtus remoniarum, glossemarum populo imposuerūt: Et quum lex esset arguenda hominū conscientie latas, ut Dei misericordiam in Christo querere discerēt: alias adipiscenda salutis rationes commenti sunt.

Ier. 7. 21.

At Deus ipse per Prophetas quos intermedio legis & euangelij tempore excitauit, suos ad legem renocat, clamante Iſaya: Ligat testimonium, ob signa legem in discipulis meis: ad legē & ad testimoniū. Si non dixerint iuxta verbum hoc, idcirco aurora non erit eis. Huic legis neglectu prouocatus Dominus sacerdotio maledictionem, populo diuortium, minatur. Malachias autem ut mania cōmenta semel profigaret, Mosaicē legis et statutorum custodiā Ecclesia cōmendauit in aduentū

Mala. 2. &c 4  
Oſe. 2.

vsque Eliæ, id est, Ioannis Christi legati & antemissionis. Enī tibi igitur ad Euangelij vsq[ue] gratiam lex in Ecclesia, cuius Prophetæ fuerunt interpretes, & qua verum à falso secernebatur, nullo loco habita longi temporis præscriptione, qua vel ipsi Ismaelite sese in Israelitas efferre posuissent. Denique is ipse de quo vox cœlestis, Hunc inquit, audite, ut suo nobis exemplo præciret: vsque adeo legis huic iudicium suscepit

Mal. 37.

v6

urum populum ex ea iudicium ferre vellet, ipsene Christus esset an non. Scrutamini, inquit, scripturas; per eas vos vitam aeternam conse- Ioan.3.19. quuturos speratis: & illae sunt quae testificantur de me. Index ille mundi tantum legi tribunie, ut huius examine ferri de se sententiam velit, verusne esset an factius Messias, populis seductor, an mundiservator. Quat tandem de causa? nisi quod erat non Mosis, non Isaiae, non hominem quorumlibet, sed illius, qui ipsum miserat, doctrina? Iam vero exhibito Christo, sua non periret sacrae scripture auctoritas, sed facta est potius auctoritatis accessio. Deus (inquit Apostolus) olim locutus patribus multis vicibus multisque modis, nouissimis hisce temporibus locutus est per filium. Filius ille idem & Deus est & sermo essentialis: Is est, cuius aduentu plenam rerum omnium revelationem expellabat Ecclesia. Ab hoc igitur profectus sermo plenam & absolutam auctoritatem meretur, ut minus etiam quam unquam antea fas sit quicquam addere. Patris infiniti infinita est sapientia: Omnia igitur ad salutem necessaria docere facilissimum fuit. Tanta fuit amoris exuberantia, ut nostra causa moriturus, in mundum venerit. Celatum igitur nobis minime voluit vita sermonem. Lumen denique prodijt, quod in medijs tenebris nobis in finem usque splendesceret. Ergo lucem aliquam dirigendis gressibus nostris reliquit. Et cum is ipse sit ea lux, tanto splendore illustrati aberrare non poterimus. Accensa autem

autem illa lucerna sermo est scriptus, qui quidem est  
essentialis illius expressa imago, in qua nobis ea  
omnia graphice descripsit, quæ tum ad Dei glo-  
riam tum nostram salutem cognoscere expedit.  
Hunc sermonem apostoli ex ipsius ore exce-  
psum, ut veros fidosque legatos decebat, ubique  
promulgarunt. Adhac idem ille spiritus, quo af-  
flante predicarunt, eis posteritata relinquendum  
distant, quem idecirco in publicos codices relatum  
a quatuor Spiritus sancti iuratis amannentibus  
varijs Apostolorum epistolis explicatum habe-  
mus. Denique codices illi regni celestis, commu-  
ni Ecclesiarum, apud quas afferuabantur, cura col-  
latifuerunt, earumque testimonio, etiam sigillo  
apposito auctoribus Apostolis attributi. Ceterum  
nec cum istis vllæ possent alia scripturae conferri,  
atque ut fundamentum hæretorum euerterent,  
qui paßim traditiones Apostolorum inculcabant:  
in unum volumen Ecclesiæ redegerunt, quem  
dixerunt. Ergo in Ecclesia Christiana, non aliter  
quam sub lege, regula nobis est in promptu, ut  
rectum ab incuruo indicemus: Libella & norma  
ad explorandam ædificij rectitudinem. Pixicula  
nautica ad cymbam dirigendam: Lex ad deciden-  
das controversias: Deum unum iudicem ex ver-  
bo suo ad componendas quæ suboriantur in Eccle-  
sia controversias. Quicquid huic verbo concinit, ex  
Deo est: Nam & verbum ipsum Dei est. Quie-  
quid à verbo dissont, humanum est. Ius autem  
suffragij

suffragij nullum habent homines, ad constituendas  
in Ecclesia decultu Dei leges. Filius ille hominis,  
Deus (inquam) & homo, de quo dictum est,  
Ipsum audite, solus hanc obtinet prærogatiuam. Math. 15:3  
Nullo igitur loco in Ecclesia esse debet quicquid  
aliunde petitum est.

Hoc sermone sic Canonicis libris circumscripto,  
vetus Ecclesia traditiones infinitas rescidit, quas  
hæretici ementito Apostolorū nomine inuehebant,  
nihil omnino ut indubitatum probantes, quod non  
esset istis libris confirmatum. Enatis etiam hære-  
sibus ex falsa Scripturæ interpretatione, os ex ea-  
dem doctrina occluserunt. Denique si quando res  
est illis cum hæreticis, qui iudicem huiusmodi ad-  
mittunt, nihil conqueruntur, imo vitoriam sibi  
certam pollicentur: Sed tum demum anguntur,  
vbi coniuncti sunt, qui hæc subselia subterfu-  
giunt. Quo enim iudice cogi & constringi possit,  
qui Deum iudicem recusat? Aduersarij nun-  
quam non patres, patres, patres, inclamant. At qui  
patres hoc iudicium subierunt, hocque iudice cau-  
sam agere voluerunt. Ista, inquit Augustinus, cō-  
trouersia iudicem requirit. Iudicet ergo Christus,  
& chi rei mors eius profecerit, ipse dicat: Hic est,  
inquit, sanguis meus, qui pro multis effun-  
detur in remissionem peccatorum. Iudicet  
cum illo & Apostolus, quia & in Apostolo  
ipse loquitur Christus. Clamat & dicit de  
de Deo patre, quia proprio filio non peper-  
cit. Ecce ubi iudicem, quem aduersus Pelagianos

Augusti. de  
Nuptijs &  
concup. lib.  
2.c.33.

Aug. Epist.  
166. & lib.  
de vni. Ego

ca. 3. & 16.  
 passim con-  
 tra Donat. appellat, ex quibus aduersarij nostri doctrinā suā  
 aliquatenus hanferūt: Aduersus Donatistās hæc  
 verba passim occurrūt: In scripturis inuenim⁹  
 Christū, inuenimus & Ecclesiā. Item: Non  
 audiamus, hæc dico, hæc dicit: sed audiamus, hæc  
 dicit dñs: sunt certè libri dominici, quorū au-  
 thoritati vtrīq; cōsentim⁹, vtrīq; credimus,  
 Lib. de vnit.  
 eccl. c. 3.  
 In Psal. 57.  
 Lib. 2. c. 3. &  
 9. de Bapt.  
 aduersus  
 Donat.  
 Item li. 3. c.  
 7. de pecca.  
 meritis &  
 remiss.  
 vtrīq; seruimus Itē canonica scriptura omnī est  
 regula. Episcoporū litteræ per grauiorē alio-  
 rum autoritatem reprehenduntur: plenaria  
 concilia prouinciales synodos emendāt, &  
 priora per posteriora emendantur. Idē lib. de  
 pastor. Pascā mótes dñi super mótes Israēlis,  
 inquit, Cōstituit mótes Israēl authores scrip-  
 turarū diuinarū. Ibi pascite ut securè pascā-  
 tis. Quicquid inde audieritis, hoc vobis bene  
 sapiat: Quicquid extra est, respuite: ne erre-  
 tis in nebula. Audite vocē pastoris, colligite  
 vos ad montes scripturæ sanctæ. Quod si quā-  
 do Donatistæ Cyprianū obijciant quē tamē autho-  
 rem passim in scriptis suis plurimi facit, & cuius  
 armis illos sc̄pe expugnare potest. Nullā (inquit)  
 Cont. Cres.  
 gram. l. 1. c.  
 31. 32. 38. Cypriano facimus iniuriā, quū eius quassili-  
 bet litteras à canonica diuinarū scripturarū  
 autoritate disiungimus. Neq; enim tā sa-  
 lubri vigilātia canō ecclesiasticus cōstitutus  
 est, ad quē certi Prophetarū & Apostolorū  
 libri pertineant, quos omnino iudicare non  
 audeamus, & secundū quos de ceteris libris  
 vel fideliū vel infidelium liberè iudicemus.

Et

*Et 32. Ego litteras Cypriani non ut canonicas habeo, sed ex canonicis considero: & quod in eis diuinarum scripturarum authoritatibus congruit, cum laude eius accipio: quod non congruit, cum pace eius respuo. Etc. 17. li. 5. de bapt. aduer.*

*Donat. O quod gaudet Cyprianus. quanto serenius in illa luce cotuetur, pro qua salute humanae generis inueniatur aliquid quod merito reprehendi possit, quis in christianis & prijs litteris oratoriis, & non inueniatur in litteris piscatorum. Profer igitur (inquit) non illa scripta, sed Leges, Psalmos, Prophetas, Euangeliu, Apostolu. Inde enim Ecclesia ubique dispersam, nec in loco afixam esse disco. Hactenus Aug.*

*Porro regulam quam in excutiendis Cypriani libris tradit, omnibus quoque alijs adhibendam docet: & loca etiam sunt a Gratiano ipso decretis adscripta. Neque vero me fugit, eundem Gratianum illi impigerisse, quod parem decretalibus paparum epistolis cum Canonicis scripturis autoritate tribueret: in eum que finem insigni impudentia locum ex lib. de doct. Christiana deprauasse, ubi contrarium omnino afferit. Verum impostura illa refutatione indigna est. Et Alphonsus de Castro, alioquin totius papatus columen, flagitiū agnoscit & acriter reprehēdit. Ariani in praecipuo fidei Christianae capite ex Conciliis subterfugia quærebant: verum huc eos semper reuocat. Nec ego (inquit) Nicenum, nec tu debes*

*Aug. contra  
Max. Arr.  
l. 3. c. 14.*

*Ariminense tanquam præiudicatur proferre  
Cociliū: Nec ego huius authoritate, nec tu*

Dij illius

illius detineris. Scripturarū authoritatibus, non quorumcunque proprijs, sed utrisque communib[us] testibus, res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione concertet. Similibus locis referri sunt illius viri libri etiam aduersus Manichaeos, qui tamen scripturis ex parte autoritatem detrahebant: Nimirum vestigijs insistebat Domini, qui Saduceorum de resurrectione errores ex Mosis libris, (quod alios reputavieren) euincebat. Atqui is ille erat sui temporis hereticorum terror, quos ita prosternebat, ut nec quidem hiscere possent. Sed enim ne eum quoque anathematizarent, apud quos iam heres eos suspicione laborat: aliorum etiam iudicium exquiramus. Basilius ille vere magnus contra Apolog.

Eunomij: Quis ex pendendi modus iustior (inquit) fuerit, quam ut doctrinis à Spiritu nobis datis rem comparantes, quodquidem illis consonum reperiemus, suscipiamus: quod vero contrarium, eiuremus & velut hostile abominemur. Aduersus autem tela

*Idem* ep[iscop]i 80. hereticorum, non est æquum (inquit) ut quæ apud ipsos obtinet consuetudo, lex & regula rectæ doctrinæ scriptura ergo sit arbitrio, & quæ dogmata ei congruerint ea vera existimator.

*Quid Chrysostomus?* Habemus, inquit, exactissimam trutinam, & gnomonem, & regulam, Diuinarum legum assertionem: Ideo obsecro vos omittatis quid huic aut illi videatur; verum à scriptulis omnia hæc in-

In 2. ad Corinthi hom.  
23. sub fine.  
*Idem* sermo-  
ne de san.  
& adorat.  
Opicit.

quirite. Alicubi etiam scripturam complemen-  
tum Spiritus vocat, ut Christum legis, et quidem  
extra hanc frustri a latari spiritum. Irenaeus etiam  
fidei basim & columnam alicubi vocat. Tertul.  
<sup>Iren. lib. 5.  
cap. 1.  
Tertul.</sup>  
autem lib. de resur. carnis: Auser, inquit, haereti-  
cis quæcunque ethnici sapiunt, ut de Scrip-  
turis solis questio[n]es suas sistan[t], & stare nō  
poterunt. Et alibi: Scriptum esse doceat Her-  
mogenis officina: si non est scriptum, timeat  
væ illud adjacentibus aut detrahentibus de-  
stinatum. Deniq[ue] huic redempti omnes, ad examen  
cuiuslibet doctrinæ, ut vera stabilisatur, reuinatur  
falsa, non lydio lapide, non scuto, non gladio alio  
opus esse. Ea vero causa fuit decreti illius Concilio  
Carthagin. tertio, quo cauetur ne quid in Ecclesia  
præter Scripturas canonicas legatur. Quin & lex  
Imperialis Catholicos ab haereticis Apostolica E-  
vangelicaj doctrina distinguit. Constantinus autem  
ille magnus & Christianorum Imperator primus,  
coacto celeberrimo illo Niceno Concilio 318. pa-  
trum confessu nobili ad discutiendam Arij heresim,  
hanc regulam præscribit: Euangelici libri & A-  
postolici extant, aut quorumcunq[ue] Prophe-  
tarum sanctiones, qui nos erudiunt quid de  
sacra lego sapiamus. Expellentes igitur ho-  
stile certamen, ex verbis diuinitus inspiratis  
quæstionum solutionem petamus. Cuius re-  
gula tam ex astra fuit præscriptio, ut unus Paph-  
nutius scripture auctoritate fretus reliquos om-  
nes in suam sententiam pertraxerit, qui humanis  
<sup>L. Cunctos  
populos.  
C. de summa  
Trinitat. &  
Catol. fidei.</sup>

D ij opinio-

Socr. l. 1. c. 8

Hist. Trip.

l. 2. c. 5.

Hist. trip. l.

l. cip. 14.

Gerson.

opinionibus abducti presbyteris omnibus matrimonio interdicendū statuebant. Age verò prodeat & Gerson ex medio papatus sim. Sic autē ille de examine doctrinariū parte prima: Prima veritas staret, quod aliquis h̄mplex nō auctorizatus esset tam excellenter in litteris sacris eruditus, quod plus esset credendū in causa doctrinali suæ assertioni, quā Papę declaratio- ni. Constat enim plus esse credendū Euangeliō, q̄ Papae. Item: Talis eruditus deberet in casu & dum celebraretur generale concilium, cū & præsens esset illi se opponere, si sentiret maiorem partem ad oppositū Euangeliū malitia vel ignorātia declinare. Prodeat

Panormic.

& Panormitanus abbas in c. signif. extrauag. de-  
clett. In concernentibus fide etiam dictum  
vniuersitati preferendū esse dicto Domini  
Papae, si ille moueat meliorib[us] rationib[us]  
veteris & noui test. q̄ Papa. Hæc illi, quæ ma-  
iore nō sunt admiratione digna, quā si profueretur  
verbū Dei omnibus omnīs doctoriū opinionibus  
præponderare, quorū scientia ad illud collata, merita  
est ignorātia & vanitas. In hoc capite multus fū.  
quoniā isti nihil magis quā patres patres inclamāb.  
A lectoribus autē peto, vt loca ipsa inspicere ne git  
uentur, quæ sat scio magis expressa & differsa re-  
perient, quā mihibreuitatis studio trāscribere licet  
rit. Ergo cū Isaia legē appellamus, cū Abrahamo  
Mosem & Prophetas, cū Christo scripturas, cum  
patribus & doctoribus Christianis veteris & noui  
testamentū. Si displicet aduersarijs index tatus qui

iam tot controvērias decidit, quemq; vel hæretici ipsi cum reuerentia admiserunt: vel causas recu-  
sandi proferant oportet omni exceptione maiores,  
aut eorū doctrina omnū hæreticorū quotquot ad-  
ducēt extiterūt dogmatis grauiore suspicioē labore.

In prima exceptionū acie collocāt, S. scripturas Scriptura ad  
imperfectas esse. Ego vero quero, an aliā pfectio- salutem per-  
nē requirat q; quae saluti consequēdæ sufficiat. Si in fecta.  
eo acquiesciit, loānes testatur quæ à se scripta sunt, Ioan.20.30.  
eo scripta esse ut in Christū credentes vitē aeterna Aug. in huc  
ad pfectamur: quæ autem ille omisit, si quis diuinare locum.  
presumat, eum Aug. temeritatis damnat. Paulus 2. Timot. 3.  
et iā scripturā utilem docet, vt perfectus sit homo Mars à Pad.  
Dei, et ad omne opus bonū perfecte instructus. En in defens. pa-  
ergo q; ad salutē sufficiat. Si alind à salute querāt, cis. part. I.  
imperfectionisq; insimulēt, quod fouendæ scholasticæ cap. 9.  
metatologiq; et in anib; questionib; decidendis  
arbitra nō sedeat: ne sic quidē culpa vacabūt: nam  
et hic quoq; indice scriptura damnatur. At enim  
iterū quero, vnde scripturis hæc imperfectio an à  
Christo? At is omnino summa est pfectio. Tum sa-  
lutis nostræ cōsummādæ causa ē Iesu patris prodidit  
ad verū omnū patefactionē ab ecclesia expectat<sup>9</sup>.  
Potuit igitur, vt quis apietissimus esset, ac voluit,  
vt qui optimus ecclesiam ea omnia docere, que ad  
salutem conducebant. an ab Apostolis? At quis ser. I. 13.  
monē vitæ ex ipsis ore hauserit. Adhac Spiritus  
S. illis immiserat, qui que docuerat, in memoriam  
renocaret: quo factum est, vt gentibus omnibus sa-  
lutis præcones fuerint: Et Irenæo teste, quod ore Iren. I. 3. c. 2

prædicauerant, nobis scriptis mandarūt, quod esset  
fidei basis & columna. Ergo ne hic quidem imper-  
fectio querēda est. Supereft ergo vt hominibus tri-  
buatur, qui ex suis nugis, quas in Scripturis non  
reperiunt, scripture imperfectionem metiuntur: nō  
aliter quam si profluentibus ex monte niuibus qui  
potantur, eos multilos esse censerent, qui gutturis  
rumore secum non laborant, quod superflua imper-  
fectione careant. Vnius Dei inuocationem per v-  
num Christum Scriptura nos docet: isti homines  
sanctorum quoque inuocationem doceri vellent.  
Purgari nos sanguine Christi passim est obnium:  
Purgatorium ignem Platonicū videlicet & Vir-  
gilianum reperiri vellent. Vnicum Mediatorem  
Scriptura tradit: Illi totidem requirunt quod suo  
Kalendario descriptos voluerunt. Hœc illi defice-  
re, nos Ecclesiam inficere contendimus.

Age vero, si quis existimet aliquid deesse, rur-  
sus quero, post tantum artificem qua fiducia ex-  
tremam manum imponere sit tentaturus. Si do-  
ctores respondeas, ei soli perfectionis laudem tri-  
buunt: in eaque tanquam limpidissimo speculo tum  
suostum aliorum defectus agnoscunt. Sim Eccle-  
siam dicant suis traditionibus: Ea ipsa nos docuit  
horum canone librorū rescindere quicquid aliunde  
inuenietur, vt quæ Deum mandatis hominum co-  
lere sit prohibita, sit autem perpetua Scripturæ dis-  
cipula: Discipulo porro sit nefas & absurdum  
magisterium sibi in magistrum arrogare. Si deniq;  
Papa tantū sibilicere velit, & Discipulus Christi  
esse

Matt. 15. 9.  
Ioan. 8.

esse definit, & Antichristum se prodit, in id quod Deus est insurgēs, qua eadē porta Alcorani impietas inuecta est in mūdū. Tuitissimū est igitur in hoc verbo acquiescere, atque à perfecto legislatore filij ipsius ore perfectam legē esse traditam credere, cui multominus quā Mosaicē legi liceat addere. Et enim si præterierunt intactū profectores omnes Apel- lis manu inchoatum opus: si Aeneida Virgilij reformidarunt poëtæ omnes, vanalicet vanorum hominum opera: Ecquis hominum nisi filius ille perditionis ita insaniet, ut ad illius opus absoluendū manus alibi beat, qui tum hominem condidit, tum quicquid homo in amplissimo totius orbis theatro summa cum admiratione spectat & suspicit?

Altera exceptio à scripturæ obscuritate ducitur, quam idcirco dubiam, ambiguam, mortuam litteram, litteram quæ occidat, litium fementem potius quam iudicem, Enigmata, & quid non totis passim libris diffitant. Quin & eo progressa est ex ordine illo nostri temporis Rabbinorum cuiusdam non infirmi impietas, ut diceret, Paulum consultius facturum fuisse si à tam multis quæ scribendo inuoluit abstinuisset. Hæc nimirum boni illi viri. Atqui scripturam Spiritus sanctus fœdus & testamentum vocat. Princeps autem bonus non subditos passionibus circumvenire, nec pater testamentum inter liberos lites & iurzia serere, sed mutua potius concordia eos deuincire studet. Ergo si præsumptionibus hie locus est, longe est alter statuendum: Eum nempe qui summa misericordia

Scriptura ad  
Saluēm; sc.  
ciliis.

Sancte. lib:  
D. Athel-  
mis.

D v popu.

populum seruare dignatus est, & in quem solum  
 solidè competit patris appellatio, quam maxime  
 fieri potuit, aperis & expressis verbis fœderis  
 pacta descripsisse. Ethnicis certè authores, inscrip-  
 turis nosiris nimiam simplicitatem damnant, ne-  
 dum ut cum istis enigmaticam agnoscant. Iam  
 vero respondeant, virum doctrinæ obscuritatem,  
 in ipsa materia, an in tractandi forma constituant.  
 De materia id eos affirmare pudebit: nihil enim  
 salutis doctrina apertius, nihil simplicius esse po-  
 test. Atque eas fuit Origenis ad Celsum responsio,  
 quum eius simplicitatem argueret omnino talent  
 tradi oportuisse, quod non in morem Pythagori-  
 e, Platonicæ, aut Aristotelicæ philosophie in  
 paucorum hominū gratiam scriberetur: sed salutis  
 doctrina, cuius percipienda omnes omnium &  
 tam & ordinum homines siue docti siue indotti  
 capaces essent. Si vero ipsa tractandi forma  
 obscuram esse causentur, obscuritas vel ad igno-  
 rantiā, vel ad malitiam auctoris est referenda.  
 Ignorantia nonnumquam peccatur: quorum enim  
 est obscurior cognitio, perspicua esse non potest  
 tractatio. Malitia vero, ubi non docendæ sed  
 ostendandæ scientie studio laboramus: cuiusmodi  
 scriptorem se profitetur Aristoteles: & nonnulli  
 exiterunt nostra memoria secretiorum scientia-  
 rum auctores. Ignorantiam vel sapientiae ca-  
 lesi, vel spiritui quo afflati fuerunt Apostoli  
 tribuere, nefas est. Inuidiosæ malitiae nibilo-  
 magis licet veleum insimulare, qui nostram om-  
 niuersitatem

Orig. Cont.  
Cell.

nūm saltem sua morte redemit, vel eos qui extre-  
mo suppicio eandem fancire non recusarunt.  
Superest igitur ne sceleratē blasphemī simus, ut  
aduersarios cum ignorantia, tum malitia labora-  
re dicamus, non eum qui ipsissima est tum bonitas,  
tum sapientia.

Adhac quero, quinam ipsorum iudicio sunt  
obscurores, Euangelium an Prophetæ? Eu-  
angelium: negabunt essent enim vel pueris ipsis ri-  
diculi. Propheticus enim sermo (ait Petrus) instar  
est lucernæ splendentis in loco obscuro, usque dum  
dies illucescat, & lucifer exoriatur in cordibus  
nostris. Christus autem sol ille est iustitiae, & lu-  
men illud quod illustrat omnem hominem venien-  
tem in hunc mundum. Utinque nobis Christus Ioān. 1. 9.  
profertur illic promissus, hic datus: illic venturus  
hic exhibitus; illic prædictus, hic coram de seipso  
loquens. Euangelicam igitur de Christo doctrinam  
Prophetica clariorem, nouumque fædus vetere  
minus obscurum esse certum est. Hoc enim ab illo  
explicatur & exponitur. Atqui David verbum  
illud lucernam vocat dirigendis pedibus illuces-  
centem, nec lucernam tantum, sed viam ipsam, quæ  
seducere non possit: quaduce sapientia vel senio-  
ribus præeat. Esaias vero speculatores domus  
Dei suo iudorum iudicio perspicaces, cæcos proni-  
ciat, quod linde oculos auertissent. Christus autem  
audatores suos non ad Rabbinorum glossemata;  
Traditiones, Cabalam, legem non scriptam, rele-  
git, quibus tamen turgebant Pharisei: verum ad  
scripturas Luc. 24.

2. Pet. 1. 19

Psal. 119:

U. 56:

Ioān. 5. 39:

scripturas, & scriptam legem, nec aliunde testimonia profert. Lucas etia Berrhoënses exornat, q̄ Scripturas evolueret. Quas proculdubio quiscribabantur, salutē nanciscebātur. Eandē vero crucis contumelia affecerunt, qui speculationibus humānis addicti erant. Atque inde consequitur, multo magis salutem scripturis nunc exhiberi, quum vetus testamentum novo coniunctum habeamus, umbram corpori, stellas soli, salutis praecones, ipsissima saluti. Quod si nihilominus aliqua salutis doctrinæ prætexatur obscuritas, virum sit verosimilius, qui uis iudicet, an penes verbum sit eius qui lux est ipius lucis, an vero in eorum cæcitate quorum mentes natura ipsa sunt tenebrae.

Age vero, sit eiusmodi, qualem volunt obscuritas: unde quæsolumen ad ferri volunt? An à doctoribus? Atqui, ut paulò post videbimus, non alio splendore quam huius solis exultant. Ecclesiastie adferet? verum Luna est, corpus per se obscurum & opacum, quæ nullum nisi quem à suo sole mutuatur splendorem habet. Thomam forasse respondebis, Scotum, Bricotum, & eius farinas sapientes. Verum iudicent non prorsus iudicij expertes, lucemne inferant an auferant verba Dei. Superest ergo, ut ex hoc lumine, mentinostræ lumen accendamus, atque concludamus, cæcitatatis nostræ, si tum quoque cæciutiamus, non in lumine, sed in oculis nostris culpam residere.

Verum enim vero ambiguam esse scripturam excipiunt, quum eam Christo Satan obiecerit.

Atqui

Atque leges omnes connellere. Hoc quidem ar-  
 gumento liceret. Legem enim quamlibet ium boni  
 cum mali promiscue allegare possunt. Sed cur ob-  
 severo Christum eodem verbo os illud mendax ob-  
 struxisse nō agnoscunt. At enim Dominus parabo  
 lis & similitudinibus est usus. Verū similitudines <sup>Luc. 10:3</sup>  
 rebus illustrandis adhibentur, nō autem obscuran- <sup>Luc. 8:</sup>  
 dis. An vero sit alius in parabolis Christi scopus, <sup>Matt. 13:</sup>  
 sic quidem ut in scripturis extant explicatis, ipsi  
 indicent, excussa conscientia. Docet Christus quis  
 proximus haberi debeat: In eum finem parabolam  
 adiicit hominis descendantis in Iericho: Quodnam  
 sit regnum cælorum, seminantis similitudine: Quae  
 vocatio gentium, filij illius prodigi parabola ex-  
 plicat. Iam quero, illici rōne doctrinam clario-  
 rem, an vero obscuriorem censere debeamus,  
 utrumque glossæ & operosæ Pharisæorum con-  
 sentationes tantum lucis adferre potuissent? At  
 saltem, inquit, negari non potest, loca quadam  
 esse difficilia. Id enim Petrus in epistolis Paulinis <sup>2. Pet. v. 10:</sup>  
 indicat. Idquidem fateor, sed addo, cum pauca mo-  
 tantum sint eiusmodi, hinc effici, scripturam mi-  
 nimè obscuram esse. A parte enim ad totum, so-  
 phisticum est argumentum: ut si quis dicat, togam  
 nigris maculis aspersam esse, eadem opera nigram  
 esse togam negabit. Atq; ad obscuriora illustran- <sup>2. Cor. 4:</sup>  
 da, satis luminis messe scripture dicimus; ut ijs  
 solis deinceps sit teclum, qui pereunt: & quibus  
 Deus huius seculi excœcanit mentes ne irradiet  
 eos lumen evangeli: Sine ut ibidem loquitur Pe-  
 trus,<sup>2</sup>

trus, ijs qui parum stabiles, & indocti suo ipsorum exitio scripturas detorquent. Eadem est patrum omnium sententia, quam conclusionis loco subiiciemus. Sunt quædam loca in scri-

**August. lib.** turis sacris, ait Augustinus, difficultas: **2. de doct.** men aliud quæm quod alibi planissimis ver-  
**Christ. c. 6.** & 9. bis exprimitur. Quod totum prouisum diuinitus esse non dubito, ad edomandam labore superbiam, & intellectum à fastidio reuocandum, cui facile inuestigata plerumque vilescunt. *subiectis deinde exemplis* concludit: Magnifice igitur et salubriter spiritus sanctus ita scripturas sanctas modificauit, ut locis apertioribus fami occurreret; obscurioribus autem, fastidia detergeret. In ijs autem quæ aperte in scripturis posita sunt, inueniuntur illa omnia, quæ continent fidem moresque viuendi,

**In Psal. 118 ser. 8.** spem scilicet & charitatem. *Ambrosum audiamus.* Multa; inquit, obscuritas in scripturis Propheticis; sed si manu quadam metis tuæ, scripturarum ianuam pulses, & ea quæ sunt occulta diligenter examines, paulatim incipies rationem colligere dictorum; & aperietur tibi non ab alio, sed à Dei verbo. *Igitur obscurissimum quodque à scriptura etiam illustrari potest.* Iam prodeat & *Basilus:* Si quid nobis, inquit, faciemus præcipitur, quomodo autem ignoramus: assumamus Dominum dicentes, Scruta-

Scrutamini scripturas: & imitemur Apostolos , qui ipsum Dominem rogauerunt de eorum quæ dixerat interpretatione , & loci quem non intelligimus , ex his quæ alio loco dicta sunt , veram interpretationem discamus . Atque hoc illud est quod Marsilius Pataquinus , iam ante annos tercentum aduersus papam differebat : Sic enim ille : Quod Defensio.  
pacis pan.t.  
c.9.

lex euangelica est valde sufficiens , perfecta , & clara ex seipso , ut per ipsam dirigatur immediate de his , & in his , quæ sunt æternæ salutis hominibus consequendæ , et misericordie declinandæ . Hæc ille . Verum apertissima patrum loca proferre , vereor ut frustra fiat ijs quibus vel ipsum lumen densissimæ sunt tenebræ . Hæc enim mali labes , quod nec missam , nec purgatorium ignem , nec papatum , nec hominis cuiusquam in Ecclesia moueretur , aut eiusmodi principis tenebrarum nugamenta vspiam in scripturis legere licet . Inde obscuritatis aduersus verbum Dei criminationes , vt ex frigidis allegorijs præclara scilicet illa dogmata eliciantur , quum ingenuè profiteri oporteret , plus quam Cimmerias illic esse tenebras , vbi cumque lucentem in Ecclesia verbi lampada non habemus .

Sed acrius adhuc instant : Et tantum abest ut indicem scripturam admittant , vt sibi in illam Ecclæsam scripturæ indicium arrogent : Ecclesia enim , inquit , nisi judicem non scripturas asseruatas testimonio confirmasset , nullæ cœtu.

præ

Ecclesiæ  
Scripturæ  
iudicem nō  
esse.

præ alijs authoritatem natæ essent. Est igitur index Ecclesiæ Scripturæ, non autem Scriptura Ecclesiæ. Sic porrò mihi respôdeant, solane Christiana Ecclesia, an etiam Iudaica Scripturas afferuarit. Vetus autem testamentum nemo ignorat nobis à Iudeis per manus traditum esse, qua ratione, veteres illos Ecclesiæ librarios dictitant. Eam enim in illis euoluendis curiositatem adhibuerunt, apices minimos accentus, litteras in numerato haberent & solicie describerent. Ecclesia igitur Iudaica index sedebat veteris testamenti, quo tempore Christus in mundum venit, atque ita temere populum adscripturas relegabat, tuncius adscribas & pharizæos relegandum. At qui illi ipsi scripturæ iudices, Christum morte adiudicarunt, quem & nostro seculo, Iudei causa superiores esse: atq; ita efficitur vel ut ista sophistice sit repudianda, vel ut dum eam queri volunt, salute excidant. Demeps quero, Num sola Romana, an aliae præterea Ecclesiæ scripturas afferuarint? Romanam ac ne Latinam quidem profiterinō audebunt. Siquidem testis est Ecclesiastica historia, veterē Ecclesiæ, xxvii. descriptissime, ex earum Ecclesiarum codicillis, quarum architecti fuerant Apostoli, aut quas suis scriptis docuerant. Extat autem unica ad Romanos epistola, reliquæ Orientalibus Ecclesijs sunt conscriptæ. Porrò Euangelium secundum Ioannem Ephesinæ, secundum Marcum Alexandrinæ credita fuerant. Iam vero si plus juris Ori-

Orientalibus competit Ecclesiis in illa r̄n̄s γραφ̄ns  
φυλακ̄, quam Romanae tribui possit Ecclesiae, at-  
que ex illa argumentationis formula parem aut  
etiam maiorem in scripturas auctoritatem adeptae  
sunt: Quicco, quem alium à scripturis iudicem ad  
dirimendas suas controversias sunt admissuræ.  
Quod si scripturas ipsi indicent: cuius præterea  
superioris iudicis subsellia adibunt? Si Orientalis,  
Ecclesia Romana causa cadit: Si Romana, con-  
trouersie index sedeat, ius aliud prætexat oportet  
quam quod scripturas asseruarit: si Petri tgoe-  
spiaç prærogativam prætendant, probatio ex scrip-  
turis reperenda erit. Atque eo tandem ventum e-  
rit, ut Petri cathedra, quæ index in scripturas af-  
surgebat, infra scripturas ipsas subf. dat.

Age vero præclaram istam conclusionem ex-  
pendamus. Penes Ecclesiæ est scripturæ custodia;  
testis est scripturæ Ecclesia, ergo auctoritate su-  
pereminet. Principum edicta, singulae prouinciae in  
codices suos referunt; Ammannenses, leges ad exa-  
men revocant, testes contractibus subscribunt. Si  
quis tamē hos, regibus, legibus, contractibus præ-  
ferat, merito ridiculus habeatur. Sin excipiunt,  
non antè legum Dei auctoritatem vigere ( non  
secus ac principum edicta) quam calculo Ecclesiæ  
sint sanctæ: Respondeo, Dei Ecclesiam tantum  
iuris sibi non assumere. Est enim sponsa Christi,  
quæ sponso didicit obsequi, nec quidquā disceptans,  
audito statim verbo acquiescit. Summam enim  
sponsi sapientiam perspectā habet, cuius voluntas

est omnis doctrinæ regula, Principiū legib⁹ absimiliis, in quibus expendi necesse est, qđ honestū, quid utile, quid ciuitatem deceat, vel dedebeat. Quod si nihilominus peruvicaciter hoc sibi privilegi⁹ arroget: vicissim mili concedant, vt habeantur cœtus illi, qui sese attollit supra id quod est Deus, quique sibi timet, ne spiritu oris ipsius conficiatur, atq; idcirco quantum in se situm est, gladium illum obtusum & retusum cupit.

Contra epi.  
Fund.c.5.

Locus August. quem urgunt, ijs quæ dicta sunt, nihil repugnat. Non crederem, inquit, Euangelio, nisi me Ecclesiæ Catholicæ authoritas commoueret: quo loco per appositi obseruauunt est stylo Africano Commoueret, usurpatū esse pro Commouisset: vt sit sensus, Euangelio non ereditissim, nisi me consensus Ecclesiæ Catholicæ commouisset. Ergo non negat quod multis locis asserit Spirillum sanctum suum sibi stylum habere, quem ab omnibus omnium hominū scriptis discernerere sit necesse. Nec magis Ecclesiæ eminentiore loco statuit quā sit Euangelium: quaslibet enim sui seculi Ecclesiæ huius examini subiicit. Sed Catholicū Ecclesiariū consensum, quæ hos & illos libros Christi Euangelium agnoscabant, cōmonisse, vt ita crederet, & ea scripta Apostolorum esse, quorum nominibus insigniuntur. Nam & præteriorū sæculorum cōsensus, quæ Ciceronem, Hyppocratem, Platonem, certorum librorum autores agnoverunt, efficiunt, vt & illorum esse non dubitemus. Ipsissima hæc verba sunt Augustini aduersus Ma-

nichao

Manichæos, qui scripturas ex parte non admittebant.

Infelices inimici animæ vestræ, quæ vñquā litteræ vllum habebunt pondus, si Euange-

licæ, si Apostolicæ non habebūt? (negabat hi acta Apostolica, & alios sacros libros) De quo

libro certū erit cuius sit, si litteræ quas Apo-

stolorū dicit & tenet Ecclesia, ab ipsis Apo-

stolis propagata, vtrum Apostolorū sint, incer-

tum est? Et hos libros vnde constat esse

Hippocratis, nisi quia sice eos ab ipso Hyp-

pocratis tempore usq; ad hoc tempus & dein-

ceps successionis series cōmendauit? ut hinc

dubitare dementis sit. Platonis, Aristotelis,

Ciceronis libri, &c. Et li. 28 c. 2. Sicut ergo

credo, illum librū esse Manichæi, qui ex illo

tempore quo Manichæus viuebat in carne, per

discipulos eius, certa successione præposito-

rū vestrorū, ad vestra usq; tempora custodi-

tus, atque perductus est: Sic & istum librum

crede esse Matthœi, quæ ex illo tempore quo

Matthæus ipse in carne vixit, non interrupta

serie temporū, Ecclesia ad tempora usq; no-

stra produxit. Non igitur eo loco cōtrouertitur,

scriptane Apostolorū ferendæ in Ecclesiæ senten-

tiæ ius habeat, (hoc enim, ut paulo antè diximus,

sexcentis locis asserit Aug.) verū an hæc, aut illa

scriptura sit Apostolorum, an secus. Nec enim

bæretici libris Apostolorum autoritatem eripie-

bant, cui nefas esset obsequium denegare: Sed illo-

rum esse pernogabant nonnulla, quæ si admisissent,

E yj sine

Aug. lib. 333

contra Faust.

flum. ca. 6.

& lib. 28.

cap. 2.

sine controvērsia acquiescendum fuisset. Neque tamen minore supercilio Ecclesie nomine gloria bantur, quam nunc se Romana effert. Manichæi enim, hæreseos suæ caput, Spiritum sanctum esse dicitabant. Et blasphemia illa perditissimis quibus hæreticis adhuc ignota erat, Ecclesiae subiectam esse scripturam, cuius subsidio si destituatur, non maiorem Aesopis fabulis sit habitura autoritatē: quod nostra memoria papatus quidam propugnator non defuit qui affirmaret. Vetus testamentū, Dei verbū esse dicicerunt à Iudeis Ethnici, quod tamen firmiore quam Iudei fide amplectuntur. Gentilitas veteres non paucos libros, eosque optimos Christianis affernauit, & ad quos authores referri deberent, docuit, quibus tamen nullam habebat fidem. A Bibliopola hunc librum Hippocratis esse discimus, qui tamen medicinæ peritis Hippocratem non imitabitur. Aliud enim est aliquid verba de autore libri admittere, aliud ijs que ab autore dicuntur credere. Atque eo referri debet, quod à docto quodam viro iam pridem dictū est, Ecclesia est vera causaliter, quia nempe credit veritatē scripture. Scriptura autē vera simpliciter, & per se, quia est veritas ipsa.

Marsil. Pat. part. 2. c. 19. Deinceps, aliud argumentū audiamus. Ecclesia scripturam tempore præcedit, ergo & autoritate. Porro scripture nomine Dei sermonem intelligimus, primum ἀγραφον, deinde ἐγγραφον tum ipso Dei digito, tum ipsius amanuensium calamo, quos spiritu suo afflavit, ut paulo ante explicuimus.

Age

Age vero, nunc respondeant, unde repetant Ecclesia incurabula. Si ab ipsa hominis creatione, ante peccati labem, vix dum conduici erant, quem Deus lege cavit ne arborem illam scientiae boni & mali attingeret. An vero verbo illipræcessent, querere stultum foret, quem huius transgressionis causa, mundus unius, ne brutis quidem exceptis, ingemiscat. At veteri & novo testamento parentem opinor autoritatem non denegabunt. Sin ad peccati labem hac initia referant, Deus primos illos parentes peccati arguit, & convincit: En tibi Lex. Promissionem adiicit, de semine caput serpentis contrituro. Ecce & Euangeli. Lege igitur propter peccatum mortis damnati, promissione Christi venturi renascuntur. In quam cum spes eorum ferretur, in primis Ecclesia consecrati sunt, qua sublati, funditus cum posteris omnibus perierant. Sive igitur Ecclesiam species ante peccarum, nulle in scripturam prærogativa effertur, sed illius iudicium subit, eo que conclusio illa falsa est. Sin illam post peccatum consideres, verbum Ecclesiæ renascientiam præcedit, id est, Ecclesiam ipsam, sicque falso est antecedens. Nam vero quam insalsa est hæc conclusio, tempore præcedit, ergo & auctoritate, Gallia nostra centum oppulis est insignis, quæ primos etiam nostros, reges antiquitate superant: eadem tamen horum legibus sine controvèrsia parent. Et quorsum obsecro verbum Dei, nisi ut agenda præscribat? Quorsum porro Ecclesia in mundo, nisi ut pareat? Quanvis autem æternus sit Dei

E iij ser.

sermo : certum est tamen ipso actu (hoc quidē respectu) hominibus posteriorem esse, siquidem prius homines creari oportuit, qui parcent, quā aliquid praeiperetur. Mera est igitur sophistice, quæ quidē omnino debeat ex Ecclesia explodi. Præterea quo-ro, dum ita argumentatur, num Ecclesia vniuersam periodis omnibus cōiunctis complebitur, an verò singulares Ecclesias, vel denique solam Romanam? Si vniuersam dicant, nihil hoc ad Romanam: Res enim sunt disparatae, Catholica & Romana Ecclesia, &c. 700. ante annis quā aut Roma, aut ipsius altrix lupa extaret. Lex in media Ecclesia promulgata fuerat, si particulares respō-deant: Orientales Ecclesias idē iuris sibi arrogabunt, & eodem arguento in Romanā sese efferēt. Nam priores esse tempore nemo nescit. Si Romanæ hoc tribuunt ex Christi instituto, sui iuris tabulas nondum proculerunt, ac nec proferre quidem possunt, quæ alius momenti videantur. Denique hæc mera sunt agrotatiū somnia. In ipsis enim Ecclesiæ primordijs, nec Romā, nec Papam, nec Petri cathedram, nec idcirco ullam in Dei verbū authoritatē reperient. Sin oculos conijciant in Romæ incunabula, verbum, legem, prophetas, legis interpretes, ac proinde authoritatem Ecclesiæ superiorem, agnoscere cogentur. Verum vel ex eo quinis facile perspiciat, quam infirmis propagulis nitantur, quum ad stabiliendam istorum Ecclesiam, verbum Dei puræ Ecclesiæ funda-mentum, subuertere sit necesse.

TAM

Tam impia controuersia ne vestigium quidem extat apud veteres Ecclesiae doctores. Hanc enim vel monstra ipsa haereticorum semper refugerunt: quousq; tandem inueniunt Rom. Ecclesiae patroni, qui illam obtruderet in concilio illo Constantiensi. Agitabatur quæstio de calice Domini, contra filij Dei institutione, populo eretto. In scripturis nihil omnino extabat, quo tam nefandum sacrilegium obscurè saltē, aut indirectè stabiliretur. Ioannes ille Hussus, istos omnes ad Scripturæ tribunalia vocabat, quā sibi aduersariam omnino agnoscebāt. Tum primū illis in mentem venerunt præclara ista axiomata, quibus adhuc nituntur. Scripturæ (inquit Cusan.) sunt de bene esse Ecclesie, etiā incepit & continuatæ, nequaç de essentia existere possunt. Itē: Tāto dignius Dei verbū à Deo traditur, quanto remotius ab omniscriptura imo etiā ab omni vocali verbo. Item: Non Ecclesia per Euangeliū, sed per Ecclesiā dig- noscitur Euangeliū. Quis blasphemias non nulli tandem alia hac insigni cumularunt, Ecclesiā melius habiturā fuisse, si nullū extaret descriptum Euangeliū. Hi sunt illi sanctissimæ scilicet synodi partus, infandæ nimirum blasphemias, quis altero præterea canone sanxerūt, quo iā tota pœna resp. Christiana conflagravit: Hereticis non esse fidē seruandam. Iohannes Hussus acrius nihilominus instabat: Sedeat, inquit, Ecclesia scripturæ (quod absit ut cōcedam) iudex & arbitra: veterem saltem Ecclesiā ita voluisse, statuisse, interpretatam

Epist. 2. de  
usu cōmuni  
ad Bohem.  
of. Cardin.  
in Petrop.  
Confel.

Conc. Trid.  
sess. 5. c. 2.

E iū effe,

esse, palam facite. Ex patribus vel vnum profer-  
te, qui non ex diametro aduersetur. Quin & cano-  
nes excommunicatione animaduertunt in eos, qui  
non utrumque signum participant, vt vnicum tā-  
tum sumere, non sit communionis, sed excommu-  
nicationis participem esse. Hæc illi argumenta sce-  
leratiore etiam gladio quam superiora resciderunt.

Epi. 2. & 3. Non te moueat, inquit Cusanus Cardin. si  
ad Bohem.

Epi. 3. ad  
Bohem.

scripturæ ad tempus variè intelliguntur: ita  
vt uno tempore secundū currentem vniuer-  
salem ritum exponantur, mutato autē ritu,  
iterum sententia mutetur. Etiam si alia fuerit  
hodie interpretatio Ecclesiæ eiusdem præ-  
cepti euangelici, quā olim, tamen hic sensus  
nunc in vsu currens ad regimen Ecclesiæ in-  
spiratus ut temporis congruus, vt salutis via  
debet acceptari, id est, licere papæ, cū suis, scrip-  
turæ tanquam monetas exauthorare, vt placita  
obtineant humana. Præterea subiungit: Mutato  
iudicio Ecclesiæ, mutatū est & Dei iudicium.  
Cæterum cum vir ille Dei Hussus tam horrendis  
blasphemij acquiscere recusaret, postremo omnium  
argumento, fasciculis & tortore exhibitis, igni  
adjudicatus est. Quid? spiritum Dei vicissitudini-  
bus subiçere, verbum Dei ut cereum pro arbi-  
trio hoc & illuc inflettere, inconstantie Deum ar-  
guere, qui prout fert humani ingenij vanitas, &  
ambitio varias formas induat: annon hæc sunt  
sacrilega & impia, vel Pharisaicis traditioni-  
bus, Cabalisticis, & Thalmudicis speculationibus,

Mahm.

Mahumedis denique Alcorano, inaudita? Quius ergo iudicet, spiritusne Dei, an spiritus satanae concilijs eiusmodi præfuerit.

CONTROVERSIAS QVÆ  
NOSTRA MEMORIA EXORTA  
sunt, non alio iudice decidi posse, quam  
scriptura sancta: & qua ratione de iis quisq;  
ex scripturis iudicium ferre possit.

## CAP. V.

**A**ge verò, quandoquidem scripturam illi sibi ipsis aduersariam agnoscunt, huius iudicium detrectantes, & quantum in se est proscindentes, feramus: & inquiramus, num alterū quēpiam iudicē admittere possint. Quāro igitur an ex priscis Ecclesiæ doctoribus aliquē diligere velint, quem exceptiones illæ præteruolent, quibus scripturæ auctoritatem eleuant? An vero simul omnes coniunctos velint? Unicūm non possunt. Simuli enim suum fortasse errorē habent. Sed erroribus tam multis isti patrocinum ferunt, ut iis propugnandis omnes omnium & statim coaceruatis errores sufficere non possint. Iam vero stylum obscuriorem, quam sit scriptura, scitatos esse, negari sine pudore non posset. Norunt præterea in præcipuis capitibus illos à nostris partibus stare. Denique ne ullum quidem ex illo numero sine exceptione admittere possent. In Ireneo enim damnant Chiliaslarum errorem, & quā apocalypses expositionem ad Ecclesiam Romanā refert, in Cypriano:

E v Ana-

Anabaptismū, in Tertulliano Montani hæresim,  
in Augustino doctrinam de prædestinatione, eadem  
quoque est aliorum ratio. Ergo supereft, vt ex  
omnium confessu iudicium constituant. Verum  
tantam doctrinarum & interpretationum repug-  
nantiam, (quæ haud dubiè pàssim occurret) quis  
obsecro dirimet? Si scripturam dicant, illud ipsum  
vrgemus. Sin' vt cœtrixequæv refugiāt, multo mi-  
nus illos iudices admitemus, quibuscum iudicio  
contendimus. Eadem erit scholasticorum ratio, si  
iudices illos sedere iubeant, quantumvis hæreses  
in Ecclesia Romana primarij fuerint propagatores.  
Quis enim inter Thomam & Scotum, atque v-  
triusque oppositas acies sedebit arbiter? Ergo re-  
liquam est, vt aut conciliij vnius, aut conciliorum  
simil omnium iudicium subeant. Si vnicum ve-  
lint: Notum est singulis singula fere capita decisa  
fuisse: Niceno videlicet Arij impietas: Ephesina  
& Chalcedonensi Nestorij & Eutychetis hæreses:  
eademque est aliorum ratio. Capita porro ista non  
controuertuntur. Sin omnes malint: Iterum quæ-  
ro, quo iudice errores quos sanè veteres permulcos  
agnoscunt, quæ item pàssim occurrent cœtridoyios;  
arguentur & corridentur? Ephesina synodus al-  
tera Eutycheten probat, que Chalcedonensis dam-  
nat: Nicena quam Irene indixit, simulachra ado-  
rat, Francofurtensis à Carolo magna coacta, eo-  
dem tempore euerit: Nicena illa vetus, quod it  
Ecclesia priore obtinuerat, matrimonii presby-  
teris concedit: Neocæsariensis, Moguntina, &  
Carthæ.

Carthaginensis altera, interdicunt. Constantiensis  
⁊ Basiliensis, Ecclesiae Papam subiiciunt, immo  
⁊ in aliorum Episcopum ordinem cogunt: Flo-  
rentina ⁊ Tridentina, addito anathematis strido-  
re, præficiunt. Denique Carthaginense concilium excommunicatione ferit eum, qui se profiteat  
ur Episcopum universalem, aut Pontificem su-  
premium: Tridentinum autem anathema pronun-  
ciat, quicumque Romanum Episcopum eiusmodi  
titulis non exornet. Nunc quæro, quis in tanta  
decretorum repugnantia, ⁊ seccentis non mino-  
ris momenti, sententiam feret? Vixum Ecclesia?  
Atqui Ecclesia utrumque decrevit. Hanc enim  
conclavis universalibus referri volunt, qualia fue-  
runt istorum pleraque. Ecclesiae sunt igitur sibi-  
ipsis repugnantes: aut una potius sibi ipsi ad-  
versa. Præterea sit ius illud penes Ecclesiam,  
negamus tamen penes Romanam futurum. Ne-  
que enim particularis est Ecclesiae, vt illi ipsi  
asserunt, in Catholicam ius usurpare, quam œcu-  
menicam concilia referunt. Superest igitur, vt Ro-  
manæ primatum in Catholicam probent. Quem  
nisi ex scripturis afferant, quæ fidem habeat  
nulla reperietur. Neque enim sibi credi Christus  
postulat de seipso testimonium ferenti, ni-  
si patris, à quo missus fuerat, testimonio or-  
nato. Adde quod aliae Ecclesiae non secus ac  
Romana, suos habent Doctores, traditiones,  
Concilia: Suam igitur Romana priuilegioram  
ex scripturis probet necesse est. Quod si scriptura  
iudicio

iudicio Romana Ecclesia quum suis prærogatiis  
subsidat, que tamen in alijs omnes iudicium sibi  
tribuit, efficitur nullum haberiposse iudicem scrip-  
tura aptiorem, cuius authoritate negliget, ne  
Romana quidem in alias vel tantillum tribue-  
re potest, & unde, velit nolit, quicquid sibi iuris  
& præstantie assunit, & petere & confirmare  
cogitur.

Quod si obijcant, Concilia iam de nostris cō-  
trouersijs statuisse, ut nullum præterea iudicem  
requirant: Concilia errare posse docet Aug. & prior-  
ia à posterioribus emendari, qua ratione Arianos  
conciliorū auctoritate non urget. Iam vero si res  
ita habet, respondeant quare illius primi occume-  
nici decretis stare recusant, de presbyterorum con-  
iungio, & Romani cum alijs Patriarchis aequali-  
tate, aduersus primatum? Cur istis ita decisis, li-  
tem rursus intenderunt Carthaginensi concilio?  
Ecquid Dei vicarium in terris pronniciant, quem  
synodus Carthaginensis Ecclesiae communione ab-  
dicabat? Adde quod que nunc agitantur capita  
melioris nota, synodi ut plurimum ignorarunt.  
Sensim enim errores in Ecclesia oborti sunt, ybe-  
rius autem creuerunt inuicta in Ecclesiam tyran-  
nide papatus, quæ sibi etiam concilia subiecerit.  
Nicenam synodium, & similes, facile admittimus,  
quibus verbum Dei, atque idcirco spiritus Dei  
præfuit. Nicenam alterā æquē improbamus Ido-  
lis mancipatam, scripturas cum ludibrio usur-  
paniem, & cui non aliis idcirco quam spiritus  
satanae

Aug. c. 3. &  
28. de vnit.  
Ecclesie.

3 Volum.  
Concil.

Satana p̄cēsse potuerit. Faciamus (inquit) hominem ad Imaginem nostram: faciamus igitur *Imagines*. Item, Dilexi decorē domus tuā: faciem tuā requirēt diuites populi: vidi dominum facie ad faciem: nemo accendit lucernam, vt ponat eam sub modio: Ergo adorandae, ergo imponendae altaribus *Imagines*. Item, Mirabilis Deus in sanctis suis. Et: signatum est super nos lumen vultus tui domine. Ergo Dei gloria in imaginibus est spectanda. Iam quero, quis in hanc de imaginibus sententiam tam puidis argumentis confirmatam ire non recuset? At qui reperias infinitas non absimilia, in quibus indolem spiritus Antichristi facile agnoscas, dexterius ipso satana, cum Christum impeteret, scripturas inuertentis. Denique si ciuiles concouersias æqui iudices ex precedentibus arrestis non componunt: Cur in ijs quæ conscientiam spellant, in eundem ordinem se cogi non patientur, quum præsertim de ijs iudicijs agatur, qua indicta causa pronunciata sunt?

Verum enim vero his ita concessis, scripturam esse regulam expendendæ cuilibet doctrinæ idoneæ: possum quicquid, in tanta quæ nos dirimit sentiarum repugnantia quis ex illa regula expendet aut pronuciabit? Nos enim illis, illi vicissim nobis aduersantur. Cuius igitur erunt hæ partes? Nam, inquit, scriptura quantum voles index esto, muta est tamen, & ad ferendam sententiam inepta. Primum respondeo, dummodo de amissione

conueniat aut pixidula nantica, vel gregarium latomum posse curuum à recto dignoscere, & rudem adhuc nautam sue ratis cursum qualis est perspicere ac dirigere. Ergo hoc nobis concedant, quæ salutem spectant præcepta, ad salutis regulam esse exigenda, quæ nouo ac vetere testamento continetur. Tum enim non Concilij tantum legitimis liberi iudicium subibimus, sed doctorum pariter & indoctorum, Clericorum, quos vocant, & Laicorum, Christianorum denique omnium, quorum salutis causa litteris mandata fuit, quibus in scriptura de scriptura iudicium reperire facile erit, atque adeo secundum eam sententiam ferre.

Porro, sua quæque habent indubitate scientia fundamenta, ex quibus reliqua pendent omnia. Instituitur Geometria suis axiomatis, Medicina aphorismis, ins tum ciuale tum canonicum, generibus regulis, ex quibus nodos omnes qui suis legibus reperiuntur, dissoluunt: Affero autem suas quoque Theologiam habere, Iusque illud diuinum suis nisi axiomatis, quæ sunt dijudicandis controversijs omnibus idonea, ea que eo firmiora & facilitiora, quod in eonellas esse cavitivias aut cavitoyias, quibus nutet aut labascat, certò nobis constet.

*Id quo melius constet, tria nobis esse controversiarum genera cum Ecclesia Romana constitutum est. Primum genus earum est verum, quæ sunt expresso Dei verbo prohibite: Alterum ad ea refertur, quæ nullo nobis sunt præceptio inducta. Postremum*

Postremum ad ea, quæ nobis vel præcepta sunt,  
vel prohibita: & in quibus utrisque, diuersa licet  
ratione, conuenit. Quod ad primum genus atti-  
net: Iure divino hac regula constringimur, Obe- Ac. 5. 19  
dire oportet Deo potius quam hominibus.  
Tanta est huius regulæ facilitas, ut vel à pueris  
ipsis percipi possit. Si quando igitur contingat aliud  
Deum, aliud homines præcipere: nullus supererit  
scrupulus, utris debeamus obsequiū. Hac norma  
dicitur & sanctorum, quas vocant reliquias, & pa-  
pisticas omnes idolomanicas repudiamus, quæ  
omnia centies sunt expresso Dei verbo prohi-  
bita.

Secundo generi præscripta nobis est altera re-  
gula: Ecclesiæ Deus est unicus legislator. Deut. 4. 4  
Nihil, inquit, legi meæ adjicies, nihil detra-  
hes. Christus autem: Frustra Deus colitur  
mandatis hominum. Ioannes vero & Paulus:  
Sacra scriptura ad salutem consequen-  
tia sufficit. Chrysostomus: Vbi scriptura tacet,  
homo quoque taceat necesse est. Hiero-  
nymus: Garrulitas sine scriptura fidem non  
meretur. Omnibus & singulis est tradita  
hæc regula, cuius est capax Dei populus. V-  
erumque igitur testamentum diurna nocturna-  
que manu verset. Aduertat num isib[us] sacrificij  
missalici, ignis purgatorij, sanctorum mor-  
tuorum invocationis, & similium nugarum  
vel unico verbo fiat mentio. Annon potius  
singulis pœnè lineis inculcetur, unicam semel  
oblatum

oblatum Christi sacrificium, vniqa in Christi san-  
guine purgandi ratio, vnius Dei per vnum  
Christum inuocatio. Si quam damnamus doctri-  
nam isthic reperiatur: tum suo nos calculo damnet  
& igni adiudicet. Sin minus, ex ea quam appo-  
suimus regula, sibiimpostum fuisse iudicet, seique  
alibi salutem querere edoctum, quam author  
ipse salutis docuerit: & ubi necessario merum  
exitum reperiri possit. Aliquid amplius dicam:  
Erudit si post sacrarum litterarum studium ve-  
teris Ecclesie Doctores euoluere non recusent:  
eiusmodi doctrinæ nec apicem quidem inuenturos,  
aut si quid fortasse reperiant obiter admixtum,  
dubitacionis potius quam assertionis caussam sibi  
oblatam esse constituant, vnde sponte nascetur  
conclusio: Quum nec Christus aut Apostoli hac  
de re scripserint, nec primiua crediderit Ecclesia,  
nec qui longo post tempore secuti nisi dubitanter  
scripserint, res esse eiusmodi de quibus non modò  
cum doctoribus arbitrare fas sit: sed Ecclesia potius  
cum Christo tacere debeat. Exempli causa: Quadrin  
gentis a Christo annis mortuorum sanctorum in-  
uocationem ignoravit Ecclesia. Vix aliquid apud  
patres extat hac de re, nisi ad eos arguendos, qui  
gentilitum Deorum eiusmodi cultum imitaban-  
tur. De purgatorio igne apud vetustissimos quo-  
que mirum silentium. Augustinus longo post tem-  
pro mort.

In Euch. ad Laurent. c. 67. & 68. que mirum silentium. Augustinus longo post tem-  
pore exortus modo ait, modo negat, nonnumquam  
ut quid tale extet, fieri posse docet: Denique si me  
aliquid eiusmodi necne, parum referre concludit.  
Grego-

Lib. de fid.  
& oper. ad  
Dulcit. q. 2.

**G**regorius demū, qui proprius à nobis absuit quingentis à passo Christo annis, ex visionibus nescio quibus id credere cepit. Eadem est de missa ratio: cuius ortu progressus & hinc inde ad nostra usq; tempora assutos centones notare promptum esset. Et hi scilicet sunt articuli fidei, quorū causa flammis adiudicatur Christiani: qua eadē ratione Apostolica & purior Ecclesia, ignibus præda fieri potuisse. Ex illa igitur quā possumus regula, paucisq; verbis descripta, & cuius obvia missam, purgatorium igne, preces pro mortuis, sanctorū inuocatio, Papam, indulgentias, & quidquid Christianismū iam multos annos vexat, plane rescindimus.

Hanc ut regulam inflestant, loca quedā conseruent, vt suis ipsi somnijs locum reperiant: quale est illud: Non remittetur neque in hoc seculo, neque in altero. Ergo, inquit, purgatorium est locus, &c. quod tamen his verbis Marcus ex phraſi Hebraica interpretatur: Non remittetur in eternum. Item si Moses & Samuel corāme, non erit anima mea ad populum istum. Ergo inuocādi sunt sancti. At qui ex ipſissimis cōtextus verbis elicere promptū erit, vanam esse illam inuocationē. Est enim perspicua loci sententia: Tam perditam esse populi malitiam, vt veniam Dñs non sit concessurus, ne si Moses quidē aut Samuel superstites essent, & quod suis temporibus fecerāt, Domini pro peccatis populi interpellarent. Et vt paucis absolua, cum proximo capite Ieremias malitiis verbis Deum precibus pro salute populi fati-

Mat. 12. 32.  
Mar. 3. 28.  
Luc. 12. 10.

gasset: Respondetur, Ne si Moses quidem olim  
Deo gratissimus preces Deo funderet, exaudi-  
sum iri. Adferunt suas quoque probandi caussas  
allegorias. Verum querimus, An doctrinas ad  
salutem necessarias proferant, an secus? Si ne-  
cessarias: alia est in promptu regula, ea que cer-  
tissima, perspicue doceri quacunque ad vitam sunt  
necessaria. E cœlo venit lux ipsissima, que nos  
sermonem suum doceret: Ergo noluit nos per  
obscura & ambages circumducere. Super Chri-  
stum spiritus resedit forma columbae: super A-  
postolos autem cum ignis splendore. Non igitur  
exoterici doctores missi fuerunt, sed quorum es-  
set clara & perspicua doctrina. Vel unum igitur  
locum proferant planum, & expressum, non au-  
tem contorta, & à sensu aliena: tum manus dabi-

Miero. in 4. mus. Sic præscribit Hieronymus: Allegoriz &  
cap. Gal.  
Aug. li. 2. de obscuriores locos nihil probare. Et Augustinus:  
doct. Chris.  
§. 24. Quicquid ad salutem conduit, perspicue scrip-  
turis doceri, locisque obscurioribus lucem ab a-  
lijs inferri.

Quod ad tertium genus atinet, hanc normam  
ipſi nobis patres tradunt: Scripturam ſibi ipſi lumine  
effe. Si quid autem obscurius dictum habeat, alijs  
ab eadem locis illustrari. Atque idcirco rerum de  
quibus agitur indicium ex eorū locorum vbitra-  
ctantur collatione, peti debere. Præterea geminū  
qua ſpectemus in scripturis scopum proponi, Dei  
gloriam, & aduersus proximum charitatem. Iam  
vero liberè profitennur, à nobis admitti veteres  
Ec-

*Ecclesiæ doctores in hoc tertio genere, ijs præser-*  
*tim locis & libris, in quibus hæc capita ex pro-*  
*fesso tractant. Quorum interpretationes si diuer-*  
*sæ occurrent, facile quorumvis iudicio slabimus,*  
*qui modo scripturas euoluerint. Exemplum pro-*  
*feram. Magna est vtrinque disceptatio, figura-*  
*tane sit hæc locutio: Hoc est corpus meum.*  
*Hic primum Euangelistarum loca confero, a-*  
*pudique Lucam audio: Hic calix nouum est* Luc. 22.  
*testamentum in meo sanguine: quod nisi fi-*  
*guratè interpretari non possis. Constat autem*  
*carnis & sanguinis eandem esse in hoc sacramen-*  
*to rationem. Attendo præterea agi de Sacra-*  
*mento: & Sacramentis esse familiare hoc loquen-*  
*di genus: Petra erat Christus: Agnus est Pe-*  
*sah: Baptismus Regeneratio. Denique toti-*  
*dem hæc verba apud Augustinum reperio: Ser-*  
*vabitur in locutionibus figuratis regula hu-*  
*iustmodi: ut tamdiu versetur diligenti con-*  
*sideratione quod legitur, donec ad regnum*  
*charitatis interpretatio perducatur. Si au-*  
*tem hoc iam propriè sonat, non iam pu-*  
*tetur figurata locutio: si præceptiva lo-*  
*cutio est, aut facinus, aut flagitium ve-*  
*tans, aut vtilitatem aut beneficentiam iu-*  
*bens, non est figurata: si contrà, facinus*  
*aut flagitium iubere, aut vtilitatem aut*  
*beneficentiam vitare iubetur, figurata est.*  
*Nisi manduaueritis, inquit, carnem filij*  
*hominis, & sanguinem biberitis: non*

Li. 3. de doi  
Christ. c. 15.

habebitis vitam in vobis. Facinus vel flagitium videtur iubere. Est ergo figura præcipiens passioni Domini esse communicandum, atque utiliter & suauiter recondendū in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixā & vulnerata sit, &c. Ex Augustini igitur regula & aliorum locorum collatione colligo, quā nobis hoc figuratarū locutionū exemplar proponat in Cœna Dominicæ Sacramento, non alias quam figuratas agnoscī debere. His igitur quas explicuit regulis dirimi potest controuerſia de Cœna Domini, de iustificatione ex fide vel operibus, de libero arbitrio, aliaque eiusmodi, quā à scripturæ interpretatione pendent: quam alioqui suo quisque arbitrio fingit & refingit.

Nunc inducit quius ex Christianorū numero, ecquid amplius veterum iudicio deferre possumus? Vbiunque extabit expressa Dei prohibitio, nihil iuris hominibus, nullum interpretibus locum relinqui facile quius concedet. Rursum si deavit ex ipso Dei ore mandatum: quorsum interpretationes? Est enim irritus in glossis labor, vbi deest textus. Ea igitur supersunt, vbi precepta admittuntur in interpretationibus diuersis, in quibus veteris ecclesiæ doctorum interpretationes libenter admittimus, et quidem singulis seculis insigniores. Denique vt hunc totum locum cōcludamus, puram esse doctrinā puro ministerio traditam profitemur. Puræ autem doctrinæ examen ad regulam, quam Deus ipse præscripsit,

nempe

nempe, Dei verbū scripturis consignatū, reuocandum esse: Hanc esse perfectā & intellectu facilem tam per se, tam ex aliorum locorum collatione, certe quidem ijs quis uam sit uunt salutem. Neque nos tamen vetustiorum patrum interpretationes, ad decidendas quae occurruit controversias, de gradu deiijcere volumus. Porro quum hanc in Ecclesia Romana puritatē non agnoscamus, sed multas partis sordes: non legi Dei obsequentē, sed Papæ, & ipsius satelliti libidini mancipatam, tum Romanā Ecclesiam impurissimā, tum in Papa qui sedē illā arripuit insignem Antichristinotam agnoscimus, qui se in Deum ipsum efferauit, quod Deilegēt suis ipsius mandatis & nugacibus inuentis posiponit.

### VISIBILEM ECCLESIAM IN IIS ETIAM QVÆ AD FIDEM & salutem pertinent, errare posse.

CAP. VI.

**Q**uandoquidē eo se deducto aduersarij videt, ut nec scripturæ, nec exemplis purioris Ecclesiæ, falsa quæ inter eos irrepserunt dogmata in præcipuis Christianæ religionis capitibus, tueri possint, si quæq; sigillatim ad examen reuocentur: rationē quæ coniunctim omnia propugnant, exco-gitarunt, nempe si afferant, Ecclesiam nullo modo errare posse, saltem in ijs quæ ad salutē conducunt. Christus enim inquit, est caput Ecclesiæ: Nam igitur spiritu suo dirigit. Spiritus autem ille est spiritus intelligētus, qui suis quæq; temporibus & locis Ecclesiæ necessaria inspirat, ut rectè constituantur.

F iij              Igitur

Igitur errare nullo modo potest. Quemadmodum autē certò constituunt, modò hoc propugnaculum inueantur, sariam teatam fore suam Babylonē: Sic illo expugnato, hanc stare nullo modo posse certū est. Vbi in hac causa de Ecclesia agunt, clerum (ut vocant) intelligunt, quem Concilium ecumenicū referat: non vero plebem, cuius nullam habent rationem: quod ex eorum etiam turba multi improbant, tanquam scripturæ repugnans: Ne tamen subterfugia querere videar, ipsorum stylum in hac causa tractanda usurpare non recusabo.

Iesus Christus Ecclesiae tanquam sui corporis est caput: nō huīus aut illius, aut vnius potius quā aliius cōctus, sed ex & quo omnium. Caput illud si ad Ecclesiā referatur, eandē habet rationē quam mens ad hominē: nempe ut eam suo gubernet & dirigat imperio. Quādiu autē appetitus rationi obsequitur, & corpus capiti, hominē bene habere cōstat: sensus, motus, actiones, facultates denique, omnes rationis moderat̄is integritatē referunt. Si vero appetitus rationis obsequiū detret̄, jugumque, excutiat, atque ebrietate, luxu, vitijque omnibus diffuat: inde necessario totū corporis inēperies cōsequitur, vitales partes periculose lāduntur, nunc mēbri vnius, nūc sensus fit iactura: visus, auditus, facultatesque, reliqua omnes paulatim deperiunt: Denique, iusto Dei fit iudicio, ut rationis, quā moderatricē ferre non potuerat, v̄su priuetur, id ē imminere ecclesiæ periculū, atque adeo sapissime accidisse affirmo. Quādiu Ecclesia Christo suo capit̄i obsequitur, mandatū proprisūmū

Pet. de Alia.  
li. de recōm.  
script.

Mars. Para.  
2. part. c. 2.

ipissima est ratio attēta aure excipit, præscriptū in  
scripturis regimē obseruat: fieri nō potest quin san-  
tatem tueatur, sitq; integra, pura, bene habita. Hoc  
enim ille regimine imprimis delectatur, spiritumq;  
immittit qui in medijs tenebris lumine suo præeat.  
Verū ubi regimē illud cōculcat, aures auerit, satis  
se sapientia instructā credit, ut se suo regat arbitrio:  
Tū obsecro quis miretur, si mēbra paulatim abe-  
cāt, nunc illo, nunc altero sensu priuetur, si oculi ipsi  
præcipitē in fouē ducāt, si deniq; spiritus ille Dei  
eā deserat atq; relinquat, quæ verbū Dei, cui vim-  
culo indiulso est coniunctus, nullo loco habuerit?  
Certo quidē constat, Christū sum gregē aberrantē  
& palantē non abiçere: Verū non minus certū est,  
eas illū pro suis tantū onibus agnoscere, quæ vocē  
ipsius audiūt: vocē porrō audiunt, quæ loquenti in  
scripturis auscultant, & apertē quid probet & pla-  
ceat explicati: Deus missis primū prophetis, tandem  
Sermonē illū cœlitus emisit, quo referēte audimus:  
Scrutamini scripturas: Atq; is ille est sermo qui  
Spir. s. Apostolis immisit. Si igitur spiritū ducem  
experiri volumus, sermonem audiamus: spiritus  
enim sermo ille est donator. Sed enim Clerus Ro-  
manus sermonē illū nihil fecit, nō audire sed audiri,  
non subesse sed præesse voluit, nō mādatis obsequi  
sed mādata p̄scribere, præ quibus diuina sorderet,  
ex quibus etiam nōnulla palam & aperte rescidit.  
Ergo frustra spiritū moderatorem iactabit: quum  
sermo ille aeternus spiritum emittat, qui & nobis  
suum ipsius in scripturis sermonē reliquit. Adeundē

modum suam rex autoritate cum senatu cōmu-  
nicat, ut leges obtineant, quibus populus pareat:  
verū ita, ut honore illo statim abdicerur, quamprī  
mū ita abutitur, ut sibi potius quā vel regi vel le-  
gibus obediri velit. At enim quanta maior est Dei  
sacerdoti legis ad Ecclesiam collatorum authoritas?  
Finiti enim ad infinitū nulla proportio. Nihil est  
igitur quod quis miretur, Ecclesiae Romane prae-  
fectis spiritus dona Dominum eripiuisse, qui suā  
nihilē traditiones, legi ipsi prætulerint.

Spiritum cum sermone indiuulso nexu copula-  
mus, quæ diuidi sine sacrilegio non possint: quoniam

*Iean. 16.13.*  
& 14.26.

*Iesus Christus* verus ille sermo nos ita docuit.  
Quū venerit, inquit, ille spiritus veritatis, de-  
ducet vos in omnem veritatē: non enim lo-  
quetur à semetipso, sed quęcunque audierit  
loquetur: Ille me glorificabit, quia de meo  
accipiet, quod renūciabit vobis, & suggesteret  
vobis omnia quæ dixero vobis. Si spiritus ille  
sermonē audit, nec de suo quidquam profert: multo  
magis præstabit Ecclesia, siquidem eodem spiritu

*Mat. 28.20.* regatur. Idem Apostolis, Ego (inquit) vobiscum  
ad finem usq; seculi: spiritus nimirum potentia.  
Sed eodē versu addiderat: Docentes seruare ea  
omnia quæ mandaui vobis. Qua de causa quū  
*Paulus* sermonem tum viua voce tum scriptis  
doceret, suum nihilominus ministerū, ministerium  
spiritus vocat: hoc enim spiritus sermo prædicatus  
est efficax. Scriptura fœdus vocatur tum vetus  
tum nouum: habet autē fœdus quolibet appositus  
veritas

Vtrinque conditiones. Quod ad vetus attinet, scimus legem in arca asservata fuisse: ex qua Dominus præsenz se populo ostendebat consilium petenii. Quo autem tempore populus a lege recedebat, ut Baalim coleret, nullum omnino responsum ferebat: nec enim eos spiritu suo dignabatur, quibus sermo contemptus erat. Si nouum spectes, Ecce fœdus nouum cum eis, dicit Dominus: spiritus meus qui est in te, & sermo meus quem posui in ore tuo, non recedent ab ore tuo, nec ab ore seminis tui in æternum. Diserte spiritum sermoni coniungit, quasi conceptum esset his verbis fœdus: spiritus meus in te erit: sed vide ut ne verba mea vnguia recedant ab ore tuo. Nec est quod quis excipiat, ita cogi Dei spiritum in ordinem, dum ad sermonis examen renovatur. Sic enim Deum ex seipso metimur, & ea est unica quam prescrivit regula. Etenim si spiritus sunt doctrina discernendi, ut docet Iohannes, doctrina autem ex sermoni scripturis expresso: consequitur, spiritum Dei ex scripturis agnoscendum, quas apostoli reliquerunt, & quas vetus Orthodoxa Ecclesia collegit, ut nobis extaret expressum exemplar illius spiritus, qui Apostolos docuit Christi sermonem: ad discernendos Satanae spiritus, qui non probato hoc sermone, falsa dogmata inuenire auderet in Ecclesiam. Ecclesia igitur ducem habet spiritum Dei ad percipiendam ipsius voluntatem, sed quatenus ea in verbo querit, id est, ei qui querit in sermone Dei voluntate, datur spiritus qui eas interpretetur. Frustra autem ei queritur interpres, qui contextum

negigit. Itaque si quis sermonem aspernatur, vnde animi sui commenta secletur, huic negatur spiritus interpres: Nullum est enim spiritui Dei cum spiritu luxurio commercium, nisi quatenus abdicatio ingenij acumine & proprijs figuris spiritu san-  
ducem & moderatorē homo sequitur. Hoc igitur &  
In serm. de sanct. & ador. spi.  
nobis ex Chrysost. responsum ferent, quotquot spiritus duclum sine sermone iactat. Multi spiritum sanctum iactat, sed qui propria loquitur, fal-  
so illum prætendunt. Ut Christus non à seipso loqui se testabatur: quia ex lege loque-  
batur & Prophetis: ita si quid præter Euange-  
lium sub titulo spiritus obtruditur, ne cre-  
damus. Nam sicut Christus Legis & Pro-  
phetarū impletio est, ita & spiritus Euange-  
lij, &c. Agebatur illo sermone de spiritu sancti  
dignitate: ut verum enim Deum adorandum  
esse docebat, quem tamen Chrysostomus in ordinem  
cogi non magis existimat, dum illum ex Euange-  
lio metitur, quam Dominum Iesum Christum,  
vbi ex lege & Prophetis agnoscitur.

Dei fidem in præflandis promissis obijciunt:  
vnde sequitur, fidelis cum Ecclesia iniolatum  
seruare. Agnoscamus quidem sermonem Dei in  
eternum manere: sed & appositam esse fœderibus  
omnibus conditionem: Si sermonem meum  
seruaueritis: quamuis diuturna patientia pecca-  
ta nostra sustineat. Male igitur concluditur,  
fidus est Deus, Ecclesia ergo errare non po-  
test. Quin potius statuendum est: Quum Ec-  
clesia

elefia tam frequenter & periculoſe labatur, Deum  
effe ſumma fide, veritate, misericordia conſequi-  
tur. Dominum enim ſc̄pe federis ſuā tenacem effe,  
ipſa quafinuita & diuorium procurante, cer-  
tum eſt, eouſque ut federis tabulas concul-  
cet, cubileque dilatet, ut loquiur Prophetar, vt Ie. 57. 8.  
ex ſingulis Eccleſia periodis conſirmari poteſt.

Aduerſarij ut Eccleſiam ſcriptura priorem  
effe probent, ab Adamo uſque id reperiunt. Ergo  
& nos hinc initium faciamus. Adamo ſtatim  
condito, vetaſ Dominus ne edat ex arboſe ſcien-  
tiae boni & mali, iubet affectus omnes regendos  
Dei voluntati perrittere, ſummuque bonum  
& ſcientiam in eo conſtituere, ut Deo adhæreat:  
Alioqui mortem denunciat, id eſt, à Deo ſepa-  
rationem, qui quidem non minus anima eſt ani-  
mæ, quam in corpore noſtra ipſorum eſt anima.  
In hoc federe manuſta apparet conditio. Quid  
porro Adamus? Quia uincumque multipliciter  
Dei donis ornatus, ſui potius ingenij figmenta  
ſequi quam Dei ſermone ſubiucere, vocique po-  
tius ſatanae, quam ſui creatoris auſcultare ma-  
luit. Quamobrem in ſila ſtatim uultio tum ipſum tū  
poſteros inuoluit, homine iam corrupto non corpo-  
re tantuſ exteriñq; organis, ſed in ipſa etiam men-  
te, & intellectu, ut plerisque ſere ratio hoc uane  
preſtet, ut à ratione abducatur, & intelligendi fa-  
cultas curioſis quaſionibus extricandis inhæreat,  
quibus quia longiſſime à ſalute abducantur. Li-  
get tamen in temeraria noſtra inconstantia con-  
ſtantis-

stantissimam creatoris erga miserrimas creaturas  
amicitiam agnoscere vel in eo , quod primis illis  
parentibus, semen illud caput serpentis contritu-  
rum, statim promittit, ex quo solo misericordiam  
consequi possent. En ergo fædus cum conditione,  
hominum respectu, à primo illo Adamo violatu-  
rur sum verò in altero stabilicu[m] inconcussa crea-  
toris bonitate. Si iam pollutam in ipsis incunabilis  
Ecclesiam videmus, si recens condita cum scientia  
& integritate floreret, præsenique Deo frueretur,  
ram fidei lapsa est, quod à Dei sermone ad suos af-  
fictus deflexerit: Ecquis hominū in tantis in qui-  
bus nascimur tenebris, ignoratiā, vanitate, ab hoc  
sermone aberrans, rectum iter sibi policeri posse?

Aduersarij, ut hunc locum eludant, Adami  
peccatum, quantum possunt extenuant, ut Deum  
malint crudelitatis insinuare, qui propter den-  
tem simplici transgressione pomo infixum, uni-  
uersum genus humanum pæna iniulerit, & di-  
lecti illius filij crucem euacuare, quem ut mundis  
sibi reconciliaret, morti tradidit: quam admittere,  
in ijs quæ salutem respiciunt, errare posse. Atqui  
longe diversum docent Ecclesiæ Christianæ docto-  
res, & qui extiterunt in Iudaica saniores. Nempe  
mei peccasse Adamum, quod se à Deo auerte-  
rit; quod plus fidei satancæ illecebris, quam minis  
creatoris habuerit: quod Deo parem esse præsump-  
serit: quod aliunde beatitatē & scientiam han-  
rire voluerit, quam ex ipso ipsiusque verbo: De-  
niq[ue] hæresin fuisse infidelitati affuem, peccatum  
que

que tot peccatis cumulatum, ut solus ille aeternis  
*Dei filius mortis suæ sacrificio illud expiare po-*  
*tuerit. Sic enim Aug. Reliquit Deum, ut esset in* Aug. lib. 14.  
De Canticis.  
De c. 13. &c.  
*semetipso: Et talis damnatio superbiam subsecuta* <sup>15.</sup>  
*est, quæ ipsum ad inobedientiam monerat, ut qui*  
*custodiendo mandatum futurus. Fuerat etiā carne*  
*spiritualis, fieret mente carnalis. Et paulò post:*  
*Magna pœna est, verū metiri profecto nescit,*  
*qui magnā putat, quanta fuerit iniquitas*  
*in peccando, vbi tanta erat non peccādi faciliitas. Sicut enim prædicatur obediētia Abra-*  
*hami, qui ut filiū occideret, res ei difficillima*  
*est imperata: Ita & in paradiſo tanto maior*  
*inobedientia fuit, quanto id quod præceptū*  
*est, nullius difficultatis fuit. Et c. 24. Dona-*  
*tus est homo sibi, quia deseruit Deū, placen-*  
*do sibi, & non obediens Deo, non potuit o-*  
*bedire nec sibi, &c. Obedientiā Abraham scrip-*  
*tura deducit ex fide, vnde pater credentium dictus*  
*est: Ut & Adam rebellio ab incredulitate deducē-*  
*da est, ob quā pater totius incredulitatis censerī de-*  
*beat, quæ genus hominū vniuersum peruagata est,*  
*atq. etiamnū peruagatur. En prima Ecclesiæ pe-*  
*riodus, quæ quo fuit ætate prouectior, eo etiā vitijs*  
*in dies aëgentibus deformatior extitit, ut ex per-*  
*turbato & corrupto rerum statu videre est, qui*  
*temporibus Noah & Abraham describitur, tum* Ezech. 12.  
*etiam Isrælitarum in Egypto, quibus Dominus*  
*Idolatria fœditatum obijcit.*

Nec minus altera Ecclesiæ periodus quæ sub- Ecclesiæ sub  
lege.

*lege fuit, similia nobis exempla passim suppeditatae.*  
*Deus fædus init cum populo Israëlitico, ut illi*  
*Deus esset, hic Deo facer populus. Magnifica-*

*Exod. 19. 4. Levit. 26. 12. Deut. 28. & 29. 12. Psal. 68.*

*2. Chr. 33. 2. Chr. 7. 1. Sam. 2. 30.*

*1. Ro. 2. 27. 2. Ro. 13. 17*

*1. Es. 7. 6.*

*2. Chr. 15.*

*extant huius fæderis promissiones: In medio*  
*vestri incedam, ibi ponam tabernaculum*  
*meum in æternum: Nomen meum in Hie-*  
*rusalem: Eam sanctificaui, ut sit in ea in*  
*seculum: E medio Cherubim respondebo*  
*meus fitis populus, si me colatis, si in man-*  
*datis meis incedatis, si os meum interroge-*  
*tis. Alioqui primum ait, vos virgis castigabo,*  
*ut ad me redeatis: si minus, populum qui*  
*legem meam abjecerit, abiiciam: Faciam*  
*ego domini huic super quam inuocatum est*  
*nomen meum, in qua vos confiditis, & lo-*  
*co huic quem dedi vobis, & patribus ves-*  
*tris, sicut feci Silo: & proijcam vos à fa-*  
*cie mea, sicut feci omnes fratres vestros,*  
*vniuersum semen Ephraim. Hoc illud est*  
*quod Dei spiritus per Azariam regi Azotio-*  
*que populo pronunciauit: Iehouah vobiscum,*  
*cum fueritis cum eo: & si quæsieritis eum,*  
*inuenietur à vobis: si vero dereliqueritis*  
*eum, derelinquet vos. Et paulo post: Dies*  
*autem multi fuerunt Israeli absque Deo ve-*  
*ro, & absque sacerdote Doctore, & absque*  
*lege. Quoties autem sexcentis legis locis Do-*  
*minus addit: Si me derelinquatis: nihil falsi, nihil*  
*impossibilis præsumit: verum quod contingens est,*  
*fieri que-*

fieri que potest: quin & ita facile, frequens, atque adeo cuilibet hominum cœtui naturale, ut in ea etiam Ecclesia, quæ præsentem Deum posse fidere potuit, & ad rogata respondentem, multo plura quam par esset exempla extiterint. Aaron Propheta erat, & paulo post summus pontifex. Admiranda Dei opera suis oculis conspicerat, imo & noctu & interdiu intueri licebat: Vitulum tamen aureum fusilem his verbis populo obiicit: His sunt ò Israel dij qui te eduxerunt ex Egypto. Si nomine Ecclesie populum in hac disputatione intelligunt, hic horrenda Idolatria contaminatum vident. Si clerum, quem vocant, malunt: ecce non Idolatriam tantum, sed qui Idolis Ecclesiam prostituat, id est, en tibi coniugem adulteram, & quæ maritum quantum quidem in se est, ad diuortium prouocet. Iudicium temporibus quotquot tyranni Ecclesiam Israëliiticam oppresserunt, totidem adulteriorum testimonia extiterunt. Gedeon & ipse, qui Dei brachium ad suos liberandos extiterat, conficit Ephod, quo deinde populus ad idolatriam est abusus: Idem & Michazo illi accidit: Cuius rei causas scriptura exprimit: Quod in diebus illis non esset Rex in Israelem, sed quisque quod in oculis suis bonum videbatur, faceret. Quod sermo Dei esset pretiosus, nec villa visio aperta. Atqui tum temporis lex Dei penes illos erat, & arca fœderis: verum nec illam legebant, nec os Domini interrogabant. Ioan. 1.18.

Porro

Porrò non hoc tantum præcipitur, vt lumen ba-  
beamus: sed vt in ea incedamus, cumque ducem  
sequamur. Saulis tempore non requisitum fuisse

<sup>s. Chr. 13. 3.</sup> Dominum ex area scriptura testatur: quibus ver-  
bis indicat illos ex Dei verbo consilium non pe-  
tuisse: unde iudicium Dei perspicere licet, quo

<sup>s. Sam. 4.</sup> propter sui & sermonis contemptum Arcam ab  
hostibus captiuam abduci voluerit. Ioramo reg-

<sup>s. Reg. 11.</sup> nante, in Iuda Baal colebatur, ad tempora usque  
Iosas, qui fædus cum Domino renouavit. Achaï

diebus extraneum altare in templo collocatur, in  
eoque diis fælicitijs imolatur: Vrias autem ipse sa-  
cerdos erigendum curat. At rege Manasse idolola-

tria ita prodigiosa, publica, viuialis fuit: ut  
nulla Ecclesiæ facies appareret: cuius causa eadē  
additur, quam paulo ante notauimus, Deilegem

sic absconditam atque adeò sepultam fuisse, ut  
plane ignota iaceret. Iam vero si oculos in regnū  
Israëliticum conuertamus, ab ipso schismatis initio

ad internectionem usque publica nobis eaque per-  
petua idololatria occurret. Ergo tot seculis in Ec-  
clesia illa visibili impietas non ut furor aut mor-

bus quidem momentaneus corpus illud inuaserat:  
Verum quicquid puritatis affulsi tribus quatuor  
us eximis Dei seruis regibus, tanquam lucida

quadam in furiosis interualla fuerunt. Tum enim  
<sup>s. 48. 1. &</sup> omnes uno ore Prophetæ inclamabant: Vos do-  
<sup>s. 8. & c. 7.</sup> mus Israël iuratis per nomen Iehouæ, sed  
<sup>& passim.</sup> non in veritate neque in iustitia. Dixistis  
ligno, pater meus es tu: & lapidi, tu ge-  
nusti

nūisti me: Prostītuti fūisti sub qualibet ar-  
 bore frondosa: Obliti estis mei diebus in-  
 numeris: fecisti vobis deos secundum nu-  
 merum ciuitatum vestrarum. Denique Pro-  
 phetae omnes quos in aduentum usq[ue] Christi Do-  
 minus excitauit, & in prophetis omnibus singula  
 capita nobis idololatriæ & adulteriorum Ecclesiæ  
 cum diis filiis, testimonium ferunt: quamobrem  
 additis minis denunciant fore, ut repudium, nisi  
 resipiscat, patiatur. Tum vero si quis, quæ fuerit  
 eorum turba, quos aduersarij Ecclesiæ nomine in-  
 signiunt: Clerum intelligo, sacerdotes, scribas,  
 prophetas ordinarios: constabit his acerbiores ho-  
 stes Dei prophetas nullos expertos fuisse, à qui-  
 bus in carceres coniceretur, & tanquam Ecclesiæ  
 perturbatores morti adiudicarentur, eosque ut  
 Dominus neget, conuenire quenquam è prophetis  
 extra Hierusalem occidi. Quod si quis urgeret Ier. 16. 12.  
 legem Dei, reformationem Ecclesiæ, abicienda  
 Idola, non esse populum traditionibus oppri-  
 dum: eadem quæ nunc ab aduersarijs audimus,  
 respondebant; Templum esse Domini, &  
 Ecclesiam, & Ecclesiæ speculatores: Legem Ier. 7. 8c. 18.  
 non perituram à sacerdote, nec consilium à  
 sapiente, nec sermonem à propheta. Eccle-  
 sia, quicquid isti dicant, errare non potest.  
 Percutiamus eos, nec sermones eorum au-  
 diamus. Sed enim prophetæ quis sit sensus pro-  
 missionum, longè aliter explicant. Ne fidatis,  
 inquit Ieremias, verbis mendacij, dicentes,

Terem. 7.

Templum Domini, templū Domini, templum Domini: Faciam domui huic quemadmodum Silo. Bonas ergo facite vias vestras, &c. Ne dicite, non peribit lex. Quin potius dies multi fuerunt in Iuda & Israèle absque Deo, sacerdote, doctore, lege, quoniam sermonē Dei dereliquistis. Quærите ergo Dominum, & inuenietis. Sacerdotes vestri surripuerunt legem meam, & polluerunt sanctā mea. Non dixerunt, ubi est Iehouah? & tenentes legem non nouerunt me. Pastores prēvaricati sunt in me, & prophetæ prophetauerunt in Baal. Speculatori vestri cæci, & Propheta laqueus aucupis in omnibus vijs suis. Quærerent visionem à Propheta, & non erit: & lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus. Nox erit vobis à visione, & tenebræ erunt vobis à diuinando: Occumbetque sol super Prophetas ipsos, & obtenebrescat dies super eos. Operient labrum suum omnes ipsi, quod non sit verbum Dei: Quærite igitur Dominum ex lege, & inuenietis. Vides igitur ut Prophetæ præfectos Ecclesia præquisibus censembarunt mundi quisquiliæ, exceperint & qui se se temere ab erroris periculo vendicabantur. In summa illorum temporum Ecclesia infra Samiam & Sodomam deicatur. Præfecti principes Gomorrhæi, concilia & synodi coniunctorum in Dei Prophetas conspirationes, sacrifi-

Terem. 1.  
O. 9. 8.

Ezech. 7.

Mich. 3. 6.

Isaiæ 1.

Terem. 18.

Ezech. 21.

614

tia denique adulteria vocantur. Ex eorum vero numero quos Dominus immisit, ut excitaret ad restituendum Ecclesie statum, vix quidem unius illius cœtus manus evasit truces, qui titulis & prærogatiis Ecclesiæ sese efferebat. Deus tamen in tam perturbato rerum omnium statio nibilominus Ecclesiam norat. Nisi enim, ait Isaias, Iehouah reliquisset nobis paucos superstites, sicut Sedom fuissimus, ipsi Amorpha similes fuissimus. & alibi. Ecce ego & pueri quos dedit mihi Deus.

Isaias. 23.

Tandem vero cum Iudei salutares prophetarum admonitiones non admitterent, visum est Dominu infinita misericordia penè vim illis inferre, emissacœlitus ipsissima salute, unico videlicet filio Domino nostro Iesu Christo. Quid Ecclesia? eandem aduersus illum indolem retinuit. Nullos habuit sacerdotibus, scribis, doctribus, Phariseis magis infestos hostes, id est, ( ut aduersarij loquuntur ) Clero ipsi, & ijs quibus lex erat credita, & Ecclesiæ lumina censebantur. Si quando de Ecclesia restauranda sermonem instituebat; templi excisionem meditari: si de gratia Dei per Messiam oblata, in legem blasphemare: si de regno cœlorum, maiestati Cæsareæ iniurium esse criminabantur: quæ miracula edebat, principi dæmoniorum tribuebant: si ex scripturis differebat, doctoris diplomata postulabant, fabrique filium per ludibrium audiebat,

Denique illorum omnia argumenta eadem esse  
 videas, cum ijs quibus magistri nostri os nobis  
 occludere conantur. Semen Abrahae sumus: Con-  
 stituit nos Dominus ρομοφυλάκες: Est nostri in-  
 ris scripturarum interpretatio: hæc nihil ad vos,  
 qui sacra vñctione timeti non estis. Atqui illi  
 ipsi suis glosis, traditionibus, cabala, successione,  
 interpretationibus, concilijs eousque immaniter  
 Christum persecuti sunt, ut magistratus ethnici  
 qui ipsum iustum pronunciabat, manibus erep-  
 tum crucis suppicio afficerent. Age vero respon-  
 deat aduersarius quid quod ad externam Eccle-  
 siæ faciem in illa desideret. Si antiquitatem, ex  
 Abrahamo ducunt originem: Si vocationem,  
 Scribæ sunt & Pharizæ: Si loci rationem ha-  
 beant, domus erat Dei: Si concilium, solenni ra-  
 tione aduersus Christum coactum fuit, quem mor-  
 ti adiudicauit. Ergo siue populi cœtum, siue pri-  
 fectorum synodum spœlent, Ecclesia visibilis  
 fuit. Attamen negare quis audeat, in salutis ne-  
 gocio periculoſissimè errasse, qua Christum salu-  
 tem ipsam crucifixerit: niſi ſi forte Christum fa-  
 lutem eſſe noſtrām inficietur. Cuius quidem ne-  
 fandi ſceleris cauſa eſt in promptu: Nempe, Chri-  
 ſtum non in lege & Prophetis, ſed in ſuis que-  
 rebant traditionibus & cabalis. Qua de cauſa  
 Pastores illum rustici agnouerunt: Iſti canum  
 potius in eum rabiem extimularunt. Nimirum  
 terrenum regem ſibi finixerant: de diuidundis or-  
 bis imperijs ſomniabant, quorum ſibi quicquid vel

diadema vel gubernacula pollicebatur: Quum  
verum illum Christum egestate, nuditate, solitu-  
dine abiectum cernerent, ne locum quidem suis  
promittentem in quem caput ad quietem compo-  
nerent. Quinetiam tantum abest ut Christum  
agnituri essent eo nomine quod Ecclesiae visibilis  
nomine gloriabantur, vt si cui fortasse hunc ho-  
norem illis deferre contigisset, ijs quibus familia-  
ris erat sacrae Scripturæ lectio, vel id argumento  
esse potuerit, pseudochristum sibi obtrudi, quod  
expresso Prophetarū testimonio prædictum fue-  
rat, cum illos minime agnitos. Hacc, inquam,  
contigerunt Israëlitis, inquit Paulus, Quorum  
est adoptio, & gloria, & foedera & legis cō-  
stitutio, & cultus, & promissiones: Quo- Rom. 9. &  
Isa. 53. 10.  
Isa. 6. 9.  
rum sunt patres, & ex quibus Christus  
quod ad carnem attinet. Nimirum propter  
reieclum glorie Dominum, eorum diminutia  
opulence fuit gentium: & eorum abiectione recon-  
ciliatio mundi: Itaque tantum absuit, ut Deus  
suorum perfidia genus humanum repudianerit,  
vt populi sui cætitate adductus gentes que po-  
pulus Dei non erant, in populum adoptauerit. Fa-  
cessat igitur inepta conclusio: Errare non potest  
Ecclesia: Fidus est enim Deus in promissis. Ita  
potius concludamus: Sibi perpetuo constat Dei  
veritas & misericordia, qui Ecclesiae repudium  
non mittit tum etiam quum ab illo diuertit, &  
prodigiosè lasciuit: sed visceribus eo magis ge-  
nus humanum amplectitur, iustumque furorem

misericordia commutat: cuius nostra memoria extat exemplum insigne in tanto numero, quem ex Papatus cordibus partim eduxit, partim in dies edicit.

Ecclesia  
Christianæ,

Aet. 10.

Izech. 37.  
26.

Math. 28.  
Iohn. 14.

Supereft ut videamus, ecquid Ecclesia Christiana amplioris privilegij, ne errare posset, habuerit. Hic autem meminisse nos oportet, Ecclesiam Catholicam, id est, per uniuersas orbis plagues diffusam, nec iam Dei promissiones vni cuidam populo aut loco affixas esse, sed quemuis & locum & populum spectare, apud quos Dei cultus & adoratio viget. Habet autem hæc Catholica Ecclesia præclaras & eximias promissiones: Percutiam cum eis fœdus pacis: Fœdus perpetuum erit mihi cum eis: Ponam Sanctuarium meum in medio eorum in seculum: Ero eis in Deum, & ipsi mihi erunt in populum. Hæc Ezechieiel de fœdere in aduentu Christi cum Ecclesia Catolica sanctiendo. Sic & Christus: Ecce ego vobiscum sum ad consummationem usque seculi. Item: Mittam vobis Paracletum, qui vos docebit omnia. At enim ne nobis Iudeorum exemplo Ecclesiam singamus visibilem, quæ perpetuo tenore hæc sibi pollicetur, nihil solicita qualem ipsa se præbeat: ubique apposita extat conditio: Si vocem meam audieritis, sitis mihi populus, docueritis ea quæ ego præcipio vobis, si me amaueritis, & permanferitis.

In sermone meo. Alioqui, inquit Christus, nisi manseritis, non potestis esse mei discipuli. Spiritum autem Christi quo doceantur, ne errent, frustra iactare certum est eos, qui non sunt Christi discipuli. Ergo visibilis Ecclesiae Christiana prærogativa non in eo sita, ut ne falli aut errare non possit: sed quum sit Catholica, si qua pars labatur, eam altera erigit: Illa si aberret, hac in viam renovat. Hic etiam singula membra munere suo defunguntur, vbi duces insigniores Ecclesiam perditum ducunt. Addo etiam ex Catholice elogio, singularum Ecclesiarum supercilium deprimi debere, ne sese ab erroris periculo immunes constituant. Haec enim aut illo sine polluto sine euerso templo, non iam vt antiquitus desinunt sacrificia: sed ex ruderibus disiectisque lapidibus aliae rursus alio loco antehac inani construi possunt. Verebatur Paulus ne serpens ille subdolus qui Eham deceperat, Corinthios à Christo 2. Corin. & pristina castitate abduceret, si ab Evangelij puritate vel tantillum recederent. Quorsum si errare non poterant, illud ipsum metuebat? Idem Galatas obiurgat, quibus oculos Christus depictus fuerat, interque eos crucifixus, quod tam cito in aliud Euangeliū transserrentur. Non modo igitur id contingere potest, sed superfluitibus Apostolis re ipsa contigit. Quid quod Thessalonicenses

admonet, Antichristum filium illum perditionis  
in templo Dei, id est, Ecclesia, sedem occupatu-  
rum, ut omnia pessundaret, qui etiam ab illis tem-  
poribus mysterium iniquitatis operabatur. Ergo  
non in minutioribus quibusdam rebus, sed in ne-  
gocio ipso salutis errare potest, que ipsam in me-  
dio sanguinis & visceribus admittat, & foueat per-  
ditionem. Age vero, ipsa nos quoque experien-  
tia doceat. Constatib[us] ubiunque vel Christus  
ipse vel Apostoli purissimum illud veritatis se-  
men seminarunt, vigilansimum dormientibus  
homini bus Satanam zizania & mendacium spar-  
sisse, tanta que illud industria & diligentia  
stercorasse, & excolluisse, ut semen illud Do-  
mini plerisque locis suffocatum fuerit, usque a-  
deo ut & agri & messis ei dominium tribuer-  
tur. Zelus Circumcisionis iam ab ipsis Aposto-  
lorum temporibus mixtura religionem Christianam  
adulterauit, ipso etiam Petro connivente.  
Paulus ita exinaniri crucem Christi docebat.  
Augustinus etiam nonnullis locis haeresim ap-  
pellat. Inde contigit, ut Discipuli qui Circum-  
cisioni addicti erant, quum bene multi Orientem  
versus & Austrum ad promulgandum Evan-  
gelium passim excurrerent, sic Ecclesias consti-  
tuerunt, ut legis & gratiae doctrinam permis-  
serent, umbram cum corpore coniungerent:  
ex quo fonte prodij illa apud multos Baptisi-  
mi simul & Circumcisionis in Ecclesiam ini-  
tiatio. Neque vero infinitas haereses persequor  
diner

diuersis nominibus & schismate distinctas : sed profero labem in florentissimarum Ecclesiarum tum temporis corpore , quæ mirum in modum in dies accreuit . Rursus gentes , quos sibi Christus ē paganismo afferuit , Ecclesia præsertim iam pauperis per respirante , atque idcirco puritate , diligentia , zelo remissiore , quin ex profundissima idololatriæ abyssō emergerent , inueteratam consuetudinem prorsus abijcere non poterant : Egregia tempora suis idolis construxerant : Operæ preium se facturos censebant si ea sanctis & martyribus consecraret , suis capsis , sanctorū reliquias substituebant : Petri & Pauli aliorumque statuis , abiecto Ione , Marte Iano , plurimum delectabantur : mortuis inferias , preces , sacrificia , luminaria quibus suis de more parentabāt , Platonicam de purgatorio sententiam secutæ , mutata tantum forma , humanitatis colendæ causa libenter retinebant . Ea pastores partim quod ex eodem paganismo emersissent probabant : partim ne sub initia rudiores abalienarent , ferebant : easensim se abrogatuos , eadem ratione qua Paulus ceremonias legis & zelum cum humanitate coniunctum ad meliorem usum translati run , sperantes . Quousque tandem successores , dum temere ab iis pendet qui præcesserant , nec expendunt que illos causa ad hac ferenda permisset , idem semper opus promouerunt , eique fundamento stramineo superstruxerunt , donec eosque progressa eil quo videmus superflilio . Hinc rigitur horum futilitas , isthinc humana pruden-

tia rē eo deduxit. Et qui spectabit quae sit hominis  
natura, quantumq; valeat cōsuetudo vetus vel mi-  
nima probabilitatis specie mixa, vt eā vix immu-  
taris suslineat: facile concedet, eos qui mutationem  
tentant, præclarè secum aetūm existimare, si quod  
caput est obtineant, in ijs quæ minutiora censem-  
tur iuri cedentes: cuius rei exemplum nostra me-  
moria Ecclesiæ magno malo experti sumus. Ne-  
que enim attendimus, hæc leuiora tam accurata  
diligentia ab aduersario illo excoli, vt segescente  
nostro in irrigandis veris plantis studio, hæc ab il-  
lis tandem suffocentur. Hac via vt plurimum  
errores Ecclesiæ Æthiopicas, Syriacas, Arme-  
niacas, Græcas, Russias, Schyticas peruaſiſſe.  
Addo etiā Mahumeti cū suis dogmatibus ea ipsa  
via ingressum patuisse, qui iam Romano inclinan-  
te imperio, Iudeorum cum Christianis diſſidijs  
fretus, Sergium quendam Nestorianæ hæresis  
monachum nactus, Alcoranum ea arte con-  
texuit, vt Nestoriani Christiani partim illius  
potentia adducti, partim quod idem de Christi  
persona secum constituere viderent, se tandem  
abripi paſſi sunt. Iudei autem Messiam illum  
admiserunt partim Circumcisioñis & ceremonia-  
rum causa, quas illis intactas relinquebat, partim  
quod armis salutem policeretur. Hac igitur ra-  
tione subingressæ sunt hæreses Ecclesiæ Christia-  
nas: Et quidem tanto in multis incremento, vt  
(quod ferè fit) bono in deterius vergente, ma-  
larum autem rerum continua ſemper accessione  
tandem

tandem ab hæresi ad infidelitatem sunt prolap-  
sæ. Atqui illæ ipsæ Ecclesiæ ab Apostolis  
constituta fuerunt : Sacras scripturas admittunt,  
Christumque seruatorem agnoscunt ( eas  
excipio , quibus cum Mahometicæ impietati  
sunt additæ , Ecclesiarum elogium periret ) Per-  
petuam retinent Episcoporum & Patriarcharum  
successionem , & in ministerio vocationem or-  
dinariam . Multoq[ue] plures regiones occupant,  
quam que Papam caput Ecclesiæ agnoscunt.  
Iam quero à Romane Ecclesiæ præfectis , Ee-  
clesiæ illæ in doctrina salutis aberrent an non?  
Erroris sat scio damnabunt : Quoniam Imagi-  
nes ferre non possunt , nec panem adorant , utram-  
que in sacramento speciem participant , presbyteri  
apud eos nubunt , purgatorium ignem nesciunt :  
Et ut paucis absoluam , insignes istorum er-  
rores refugunt , ac imprimis à Pape tyrannide  
abhorrent , qui tamen ( si istos andias ) præcipuus  
est fidei ad salutem necessarius articulus . At-  
qui inde conficitur ipsorum etiam confessione ,  
Christianam visibilem Ecclesiam aduentu Chri-  
sti eiusmodi priuilegium non esse consequitam  
vt ab erroris periculo sit immunis , in ijs etiam  
quæ salutem spectant , quantumvis promissiones  
& foedera , quorum meminimus , prætendat . Si  
illos errare negent quod ad salutem attinet :  
Romanam ipsam errare necesse erit , quæ iam  
tanto tempore communione interdicit , & salute  
quantum in se est abdicat tot nationes & populos ,  
qui

qui viam salutis inserviunt: Quin & istam ille merito excommunicatione feriunt, propter damnata, quibus corruptam esse iudicant, dogmata.

Romanam  
Ecclesiam  
errasse.

Excipiunt, non illarum, sed Romanæ proprium fuisse priuilegium, sedemque Petri inter Apostolos præcipui ea prærogativa donatam esse, ne errare posse. Nonnum præsumptas istas prærogativas excutimus, quod erit proximo capite præstandum: Hoc tamen sequitur: Quandoquidem tanta vis inest sedibus; Hierusalem, quæ sedes Dei fuit appellata, errare non potuisse: Ecclesiam quoque Christi illuc collectam eodem priuilegio ornatam fuisse, in qua cum Christus docuit, cum quæ sumi salutis impleuit: Nec minus eo nomine Antiochena Ecclesia in Romanam sese efficeret, quæ prima est Petri sedes, & in qua primum Christianum nomen auditum legimus. Atenim Hierusalem cruci Christi affixit: Palestina vero, Antiochiae, vicinarumque regionum Christiani à via salutis absunt quam longissime: Hinc efficietur, Romanam ab erroris periculo non liberari, nisi quidem quam venditant Petri sedem illis concedamus. Age vero ut Petrum errasse, & à Paulo reprehensum esse, taceamus: Respondeant, hancne prærogatiuam Papæ, an vero Romanæ Ecclesiæ à Petri sede donatam velint. Si Papæ dicant: Marcellinus gentium Idolis litanit, Liberius Ariensis accensetur, ut Anastasius Acaianus. Porro abrogandis prædecessorum decretis imprimis delectantur: ut Nicolaus Ioannis 2<sup>o</sup>

Hieron. in Catalogo.  
Illustr. vi-  
torum.  
Damascus  
in Porph.  
Plauna in

Greg<sup>o</sup>

Gregorius Pelagij, Innocentius Gregorij, in ijs  
 etiam quæ ipsorum iudicio ad fidem pertinent.  
 Sylvestris secundus, Ioannes decimus nonus, Gre-  
 gorius septimus, vt illorum temporum historicie  
 testantur magia dediti fuerunt, atque ideo Simo-  
 nis magi successione nobiles (qui & Romæ fuit)  
 non Petri: Satanae discipuli, non Christi. Ioan-  
 nes. 23. docuit, nullam ab hac vita aliam esse  
 reliquam, quo nomine Constantiense concilium  
 diabolum vocat incarnatum. Et alij non pauci  
 numero abdicati fuerunt, conciliorum auctorita-  
 te, non hæreseos tantum, sed atheismi causa.  
 Ioannes 8. fœmina & scortum deprehensa est sa-  
 crosanctæ sedis & conclusi senatus Iudibrium. Imo  
 & Mariae virginis ad Brigidam oraculo pleros-  
 que fere omnes è Paparum numero inferis adiu-  
 dicant. Cardinalis Ragusanus magno illo schis-  
 mate contendebat, Papam in fide errare; Cusanus  
 autem à fide etiam excidere posse. Quod & Pa-  
 risiensis theologicæ facultas semper afferuit. Per-  
 spicuum est igitur, sedem illos ab errore, hæresi,  
 infidelitate, minime vindicare: sed damnatores  
 reddere. Sin privilegium Romanæ Ecclesie con-  
 cessum volunt: quæro, annon profiteantur gene-  
 rale Concilium Ecclesiam vniuersalem referre?  
 Atqui Aug. generale Concilium ab altero emen-  
 daridocet. Quod autem corrigi, viisque & peccare  
 potest. Gregorius Nazianzenus cuius ætate mul-  
 tæ coactæ fuerunt synodi, sic iam Ecclesiam am-  
 bitione laborasse dicit, vt numquam felicem vi-  
 derit

vitis Pon-  
tificum.

Marianus

Scotus

Volateranus

in Anthro-

phol. Gra-

tianus in

decreto.

Cardinalis

Beno &

Petrus

Premon-

straten sis

in vitis.

Gregor. 7.

& Sylu. 2.

Concilium

Constan-

ense Sess. 7.

& 21.

Theodorus -

à Niem.

Scriba Pon-

tificis in

li. Nemus

vnionis

tract. 4.

& 7.

Cardinalis

Cusanus

lib. 2. c. 17.

de Concil.

Cacholice.

Magister

Ioan. Pari-

siiensis Ordin.

Predicat.

ca. 23.

Aug. ca. 3.

& 16. de

vni. Eccle-

siæ

derit exitum. Gerson & Panormitanus, laicūm scripturas præferentem ab ijs aberranti concilio præferunt. Quidquid Nicenum illud alterum concilium Imagines tuetur, quas eodem tempore pessundant cum Constantinopolitanum tum Francofurtense. Ecce vero Carthaginense tertium, & aliud item Carthagine coaltū, ipso Gregorio urgente, imperatore vero Mauricio, eū excommunicatione feriunt, & Antichristū proclamant, qui se vniuersalem Episcopū profiteretur. Quum tamen parvo post tempore Romanum, & Tridentinum nostra memoria, Romanū Episcopū vniuersalem pronuncient, eosque qui talē recusent agnoscere, excommunicationis pena damnēt. Florentinum & Basiliense Papam in aliorum Episcoporum ordinem cogunt, multoque infra Ecclesiā deprimunt, quem Tridentinum nimis quā multo extollit, adeoque Deum terris præficit. Quin & Pius ille Papa secūdus, qui Costanciensis adhæserat paulò post hæreticos pronūciant, quotquot assérunt, à Papa ad concilia pronocari posse, id est, Concilia illa omnia oecumenica, & qui ijs assentiuntur. Hinc autem consequitur, aut duplicem esse (quod falsum est) veritatē, aut repugnantiu inter se conciōrum alterutrum errasse, atque idcirco errare ab Ecclesia alienum non esse. Item aut Papam Antichristū esse oportet, aut Ecclesiam quæcumq; Antichristū pronunciant, qui vniuersalis titulum sibi arrogaret, gratissime lapsam esse. Itens Papam Ecclesie caput admittere, aut ad salutem

tem minime est necessarium, quod tamen decre-  
tum illud alatum Romanae Ecclesiae probatum  
pro articulo fidei reponit, Tridentinumque con-  
firmat concilium: Aut quæ idem negarunt con-  
cilia, grauiter in salutis causa impegiisse: Nice-  
num videlicet oecumenicum, quod illum reliquis  
Patriarchis exæquat, Sardicense, Carthaginen-  
se, & vniuersa totis sexcentis annis Ecclesia.  
Denique aduersarios fateri necesse est, aut suam  
Ecclesiam tanquam ad salutem necessarium ad-  
mittere, quod cum salute pugnat: Aut Ecclesiam  
antiquitatem venerabilem tanto tempore ignorasse  
qua ad salutem conducebant, imo propriam sa-  
lutem in medio conciliorum cœtu expugnasse.  
Vnde consequetur, Catholicam Ecclesiam in con-  
cilij generalibus errare posse, atq; adeo Romanæ  
ipsam, nihil prohibente Petri, quam prætendunt,  
sede. Addo etiam Romanam ab illa vetustiore  
dissidere, ad cuius exemplar Ecclesiam nunc con-  
formandam curamus. Quod si tum Papa tum  
Ecclesia Romana in ijs quæ sunt salutis erra-  
runt: & visibilem Christianam Ecclesiam errare  
posse consequens erit, atque idcirco bona cum ve-  
nia merito reformationem requiri. Sed enim ijs  
quibus est compertum qualia fuerint quæ nostræ  
memoria coacta fuerunt concilia, Romæ con-  
clusa prius omnia quam inditus esset conuen-  
tus, iure quodam speciali rata haberí quæcum-  
que tandem aut disputationes aut probationes  
Opponantur: Illuc, Roma, spiritum sanctum aut  
potius.

potius satanicum loculamentis conclusum deferri.  
Qui denique norint quibus praesidibus, differenti-  
bus, iudicibus res tota peragatur: lis non modo  
non erit probandum eiusmodi cœtus labi & erra-  
re, sed mirum potius videbitur aliquid sine errore  
concludi posse.

Luc. 22.

Verum enim vero tot tantisque argumentis co-  
stricti obiciunt, Christum orasse ne deficeret fides  
Petri: Atque inde statim concludunt, ab erroris  
periculo immunem esse Ecclesiam. Primum ob-  
seruetur agi de re maxime omnium seria: Controver-  
tuntur enim magno numero articuli, quorum causa,  
quod ad fidem pertinere dicuntur, iam toto quin-  
quaginta annos flammis adiudicamur: qui tamen  
hoc unico fundamento nituntur. Hoc igitur so-  
lidum & indubitatum esse necesse est, nisi veli-  
mus salutis nostræ Doctori iniuriam inferre.  
Adde quod in eo etiam situm est Graecarum &  
Orientalium Ecclesiarum cum Romana dissidium:  
hæc enim si aberrare non potest, illas que hanc  
oppugnant, grauiter peccare consentaneum est.  
Atqui hæc quam longissime absunt: Rogauit Pe-  
tre, ne deficiat fides tua: Et quam inde eli-  
ciunt conclusio: Ecclesia papalis errare non  
potest. Pergamus. Dominus Iesus in Petri  
gratiam precatus: ter autem Petrus ab hac  
precatione illum abnegavit, quum sua imbecilli-  
tate preterita, de precibus securus in seipsum re-  
cumberet: Atque inde accidit, ut qui se in con-  
discipulo se efferebat, reliquis omnibus periculosius  
impedit.

impingeret. Ecclesia igitur Romana hanc potius  
textui conuenientiore conclusionem eliciat: Quem-  
admodum ille sibi ipsi fidens Christum abnegavit,  
alijsque omnibus deterius se gesit: sic idem huic  
ipsi Ecclesiae contingere potuisse, cum citra erroris  
periculum se collocatam esse falsa persuasione con-  
sideret. Ergo iam reliquum esset, ut illius exem-  
plum imitata, & ad gallicum excitata, cum la-  
chrymis culpam agnoscere, atque deprecaretur.  
Tertio, si quia Petri nomine Christus regnauit,  
inde efficietur Ecclesiam ab ipso fundatam aberrare  
non posse: Eadem ratione consequetur, & ab alijs  
Ecclesiis constitutas labi nullo modo posse. Christus  
enim cruci proximus cum pro Apostolis or-  
rat, tum pro ijs qui per ipsorum sermonem credi-  
turi erant, ut sint unum cum patre & ipso, id est,  
inseparabili nexu cum veroque communione. At  
istis Romana Ecclesia tanquam hereticis com-  
munione interdit, specie saluis omnino excludit.  
Aut igitur falsa est conclusio, Christus precatus est,  
ergo falli non potest: aut ad invisibilem Ecclesiam  
hoc referendum est, cui non praeualebunt inferiores  
portae. Quarto Paulus hanc argutiam ignorauit,  
Romanos enim admonet, ne in Iudeos efferantur,  
quod ut & reliquæ gentes in eorum locum essent  
missæ. Nam naturales, inquit, rami excisi sunt  
per incredulitatem: Tu autem stas fide: Si autem  
illis non perciperis, vide ne & tibi non parcat, id est,  
caue ne tu incredulitate excidas. Illos ergo Paulus  
extra periculum non statuebat. Imò nec clerus

Iean. 17.

etiam Romanus ad Cypr. scribens, laudem quæ à  
Paulo Romanae tribuebatur Ecclesiæ de fide illius  
per totum mundū euulgata, nisi eiusdem fidei hæ-  
reditatem sartam tectam conseruēt, sibi opprobrio  
fore. Nihilomagis Hieronymus, quum dicit: ab eo  
tempore quo Ecclesiam nō secus ac imperium per-  
uasit auaritia, legem perisse à sacerdotibus, & vi-  
sionem à Prophetis. Nec maiore Romam fiducia  
turgidam reddunt reliqui patres, quū ut paulo post  
videbimus, & Babyloniam, de qua in Apocal.  
& sedem illam Antichristi esse constitunnt. Con-  
sultius igitur facerent, si veterem suam glossam in  
hunc locū sequerentur: Sicut ego te orādo pro-  
texine deficeres, sic tu infirmiores fratres  
exemplo tuæ pœnitentię conforta, ne de ve-  
nia desperent, intelligens per fratres indiffe-  
tenter fideles. Denique præter eas quas protu-  
limus rationes inter antecedentem propositionem,  
Christus pro Petro rogauit, & conclusionem,  
Ergo Romana non potest errare Ecclesia,  
quam multa probanda supersunt? Nimirum Pe-  
trum Apostolorum & Ecclesiæ caput fuisset: Ro-  
mā aliquando venisse: Episcopi munus illic obiisse:  
Eam nominatim Ecclesiā fundasse: Prærogativa  
ne errare posset ornatū fuisse: Eandem hæreditario  
iure cathedræ affixisse, que vel Papis, vel Roma-  
næ Ecclesiæ propria esset: quæ omnia clarissimam  
probationē requirunt, si quidem suam velint con-  
clusionem stare. Ad nostram igitur hac objectione  
relicta, redeamus; Etek præmissis ex sacra Scrip-  
tura

Hierony. in  
epistol. ad  
Ruficum.

curæ auctoritate & temporū omnium experientia,  
totam hāc disputationem concludamus. Dñs no-  
ster Iesus Christus Ecclesie sacram scripturā reli-  
quit, ut nauticā in nauī pīxidulā, qua possit in sa-  
luti portū deduci, & in quā oculis connectis à via  
deflectere non possit: in scopum enim eum perpetuo  
dirigit, quibuscunq; tandem ventis agitatā: inde si  
oculos auertat, non magis ab errore fibicanere po-  
test, quā peritisimi quilibet naucleri aut proretæ,  
si desit πιξίδιον, nauis cursum vel unica hora te-  
nere. Ecclesiis quæ sermonem excipient, vim præ-  
sentem spiritus pollicetur: ijs verò quæ nihil fece-  
rint, subtrahit sua præsentia eos indignos iudicans  
qui vocem ipsius audire dignantur. Inde accidit  
vt omnibus & locis & temporibus Ecclesia grauis-  
simè errauerit & deflexerit: Ea porrò alijs pericu-  
losius, quæ confidētius sine ductu sermonis aliquid  
est ausa, sibiq; plura arrogauit, Ecclesia videlicet  
Romana. Quæ si non augustinoribus privilegijs &  
promissis nititur quā Catholica visibilis Ecclesia,  
quin errare potuerit dubium esse nō potest: Idem  
illi contigisse in salutis capitibus & præcipuis sui  
partibus, ipsorum confessione conclusum est. Sin spe-  
ciali privilegio munita est, quale est quod profert de  
fede Petri: ne sic quidem ab erroris aut heresēs  
periculo immunes esse probauimus. Verum vt pa-  
lam fiat, quam infirmum & nihil sit fundamen-  
tum, quo tanti ponderis articulum exadficare  
conantur: deinceps huius quo freti sunt privilegi  
tabulas ad examen renocabimus.

116 TRACTATUS  
PAPAM SIVE ROMANVM  
EPISCOPVM NON ESSE  
iure diuino Catholicæ visibilis

Ecclesiæ caput.

CAP. VII.

**T**raditiones aduersariorum quas articulis fidei exæquant, si rogemus, quim Scripturas sacras prætexere non possint, quo fundamento nitantur: Ecclesiæ statuta esse respondent. Hic si pugnam instruamus, quod Ecclesia ad Dei voluntatem sermone expressum sece componere debat, à quo tamen eiusmodi dogmata quam longissimè absint: Ecclesiam regerunt in ihs quæ ad salutem faciunt, errare non posse. Tum si rursus repetita temporū memoria probamus, à vero Dei cultu ad sua figmenta defecisse, atque nefanda idolatria sece contaminasse: excipiunt, Ecclesia Romanam privilegio speciali, ne errare possit, eo nomine donatæ esse, quod Petri sit sedes, quicquid est Apostolorum, atque adeo totius Ecclesiæ. Ea fit ratione, ut omnia quæ controuertuntur capita, in hanc ferè questionem recidant: Vtrum vel Episcopus, vel ipsa sedes Romana (nondum enim hoc illis est definitum) totius sit Ecclesiæ caput. Hac enim fiducia Papa ius sibi vendicavit immutandæ in Sacramentis Christi institutionis, & pro temporum ratione Scripturæ interpretationis, condendorum fidei articulorum, detrahenda veteri testamēto & Paulinis epistolis autoritati, nempe quod sit Christi vicarius, & Petri successor. Ergo

ipso-

In Concil.  
Constan.

Decisiones  
Rotæ.

iporum iudicio maximi est ad salutem momenti  
hic articulus, quo tam multi alij ad salutem neces-  
sarij nitantur. Hac eadem prærogatiua fretus iu-  
risdictione in Ecclesiis Orientales usurpanit, quas  
excommunicatione damnatas prædam Turcarū  
immanitati obiecit, quod quale se gerebat agnos-  
cere recusaret: Denique eo usque prouesta est au-  
dacia, ut regem se regum pronunciaret, imperia suo  
arbitratu constitueret, regna diripienda propone-  
ret, subditos à fide & Sacramento principibus da-  
to absoluere. Hic igitur articulus non omnium  
tantum & singulorum Christianorum salutem re-  
spicit, vniuersitatem tantopore nobis commendatae cau-  
sa, sed πολούχου etiam, & eam quæ magistratibus  
debetur obedientiam, atque adeo vniuersam  
vitæ humanae ratione. Iam verò palam est, tum  
Christum tum Apostolos fidei capita doctrinamq;  
de Sacramentis & quæ magistratibus debetur obe-  
dientia, verbis desertis varijsque locis repetitam  
tradidisse. Hic igitur articulus qui nouos nobis fi-  
dei articulos parit, sacramenta inuertit. Reges in  
solio collocat & deturbat, cœlum cū terris vnius  
hominis libidini subiiciuntur, perspicue quoque in  
scripturis proponi debet. Sin disseris verbis nō ex-  
primitur, alterutrum sequi necesse est, vel Domi-  
num ipsum & Apostolos vt cœlum terræ misce-  
rent ex professo nos illū celasse, quod sine blasphem-  
ia dici non potest: aut falsum omnino esse, atque  
idcirco quidquid superstructum huic fundamento  
iinititur, penitus corruere. Ergo singulos quibus

Huij sua

sua salus curæ est; adiuro, ut huius articuli theses  
accuratissime expendant. Etenim si hoc vnicū pa-  
pisticæ doctrinæ fundamentum Christo nō nititur,  
aliud à Christo fundamentum Papā in Ecclesia po-  
suisse consequetur; repugnante Apostolo: Atque  
idcirco ne eorum quidē numero reponi debere, qui  
Christo fundamento superædificari līgnum, fxe-  
num & lapides: sed Antichristum potius, qui la-  
pidis illius angularis & vniū totius Ecclesiæ fun-  
damenti locum inuasit.

Christū filium illum Dei caput esse vnicū Ec-  
clesiæ proficiemur. Petrū aduersarij malunt in suc-  
cessoribus: sine propter Petri cathedrā, Papam cū  
Ecclesia Romana. Nos vero qui corpus in scriptu-  
ris inuenerimus, nō est q̄ aliunde caput educamus.

Eph. 1. 13. &  
4. 16. & 5.  
23.  
Col. 1. 18.

Afferit Paulus, Christū esse caput Ecclesiæ, hanc  
autē illius cōplementū, quæ omnia implet in omni-  
bus. Item, Christū esse caput Ecclesiæ, vt &

virū caput vxoris, qui & salutē det corpori.

Rom. 12. 5.

Item, Multos in Christo vnum corpus esse,  
singulatim autē alios aliorū membra. Ergo  
nostra illa thesis ita est perspicua, vt eam negare sit  
nefas. Itaq; Christū caput esse Ecclesiæ concedunt:  
sed adiūcunt, vicarū caput necessariū esse, ad toūs  
corporis regimen. Hoc autē Petrū esse in successo-  
ribus, quem distinctionis causa ministeriale caput  
dictitat. Hoc illud est, quod disertis scripturæ ver-  
bis probare necesse habent: Plane enim negamus.

Act. in hac  
versa Reg-  
num meū.

Primum, regnū hic nobis terrenū fingere prora-  
sus alienum est. Suum enim regnū Christus de hoc

mundo non esse docet. Iam verò ut regis, sic nec proregis etiā ex mundo erit. Vicaria igitur ista potestas neq; est mundana, nec huius seculi, nec potest ad imperia terrena extendi, nec Episcopus Romanus eo nomine in temporalibus & spiritualibus (ut loquuntur) monarchiam sibi vendicare poterit: sed quale est regnum Christi spirituale, nimirū in gubernandis priorū animabus, quas verbo pascit, sitū. Deniq; ut docet Paulus: Pax, iustitia, & gaudium in Spir. sancto. Sic spirituale esse oportet seminorum ministerium, quod in verbo sitū est, & ea qua diximus effecta profert. Multo minus terrenū regem nobis fingere debemus. Christus enim filius est ille Dei aeternus, qui quidē implet omnia, præsentissimaq; spiritus sui virtute rebus omnib; adest, erit q; ad consummationē usq; seculi in medio eorū qui in nomen ipsius cōsentiantur. Quorsum igitur ex principiū more proreges ad moderāda populi sui corda? Spiritus enim hæc sunt effecta, qui quidē in verbo eam explicat efficaciam quā sibi nemo mortalium quantus quantus sit, vel sanctuaris nomine existens, sibi arrogare potest. Iis autem si mirum videatur, Deum, ut pote Deum, Ecclesiam (quod se facturum promisit) spiritu suo regere: Iam mirari desinat, nos crassam illam & corpoream in missa, quam Dñs non insituit, præsentiam negare.

Ad hæc nō agitur de eiusmodi regno, in quo vices principis solus quispiā tueri posset: sed de prædicādo per uniuersum orbem Euāgeliō, de reconciliandis cum Deo per verbū totius mundi populis: & ut

vno verbo absoluā, de Euangelij ministerio, quod  
in verbi & sacramentorū quois loco administra-  
tione situm est. Hoc verò nemo hominū solus præ-  
stare potest. Sed is demū, qui ipse sermo est & vni-  
cum sacrificium: quia vnitam habet cum humani-  
tate Deitatem, infinitamque potentiam. In hunc  
1. Pet. 2. 25. igitur solum competit, ut si episcoporū Episcopus,  
Pastor pastorum, summusque sacerdos: nec quis-  
quam potest aut ministeriale caput esse, aut vice-  
rias partes in ipsis muneribus obvire: sed  
quisque, siue pastor, siue Episcopus, in suo grege  
Christum refert, dum suum munus exequitur: nec  
Episcopum Romanum superiorem agnoscit, quē-  
admodum à Cardinali Cusano Constantiensis con-  
silio temporibus disputatum fuit.

Enimuerò quod Mosem & Aaronem proferūt,  
quorū alter politicis, alter sacris rebus præfuerit,  
quam tamen Dominus Israëlitico populo adesset,  
perperam in suas partes trahunt. Nam ut Dei  
expressum mandatum taceam, tum quod ad ipsos  
attinet, tum ad Aaronis in Dei cultu posteros, ac-  
cedebat, quod exiguerant totius ditionis termini.  
In vnicā autem ditione sola Hierosolyma, in illo-  
que oppido templum vnicum, in quo sacrificia  
offerri fas esset, ut solus tum gubernator, tum  
sacerdos summus sufficere possent: Quum exhibita  
Messia, vniuersus orbis sit templum vnum, po-  
puli omnes grex unus, quem verbo Dei pasti sit  
necessē, quod nemo hominum sibi arrogare po-  
test. Nec eo sane animo hæc à me dicuntur,

ut Papam negem ea ambitione laborare, cui sa-  
tiandæ vniuersus orbis non sufficiat: quis enim  
tot historiarum veritati reclameat? Sed hoc deum  
affirmare ausim, ex illo ordine neminem esse, qui  
diadema non sit abieeturus, ac lubens, si vel mi-  
nima diœcesis esset assidua prædicatione verbi do-  
cenda. Institutum igitur illorum nihil admodum  
iuuat hæc exceptio: nisi forte Iudaïsum sapient,  
aut mundum uno oppido concludere, Christique  
mortem, quæ vniuersum orbem spectet, inanem  
reddere velint. At nos obiter ex illis exēplis colli-  
ginus: Quum ut ipsi volunt, Moses in politiam,  
Aaron in Dei cultum præfecturam obtinerent:  
Papam alterutro saltem contentum esse debere,  
nec alterum inuadendo, regibus & principibus  
præiudicare. Quod si regerant, se satis idoneos, qui  
legatorū Christi vniuersalium toto orbe vices ge-  
rant, ut ne eos ad ipsas renocem, quæ nusquam  
erit: quæro tantumne ex spiritu Christi, an suo,  
sibi assumere velint. Si ex suo, spiritum esse oportet  
Principis huius mundi, non qui regat sed regnis  
inhiet. Sim Christi, dicant rursus posco, ut (quod  
Christus promisit) agnoscant, hunc spiritum in  
sermone vītæ per suos ministros promulgato effi-  
cacem esse: unde cōsequitur, quemque in suo mini-  
sterio Episcopum & Pastorem visibiliter Chri-  
stum referre: Aut nobis ex scripturis probent, sic  
Christum sui spiritus fontem peccatori Papæ con-  
clusisse, ut iam aliunde frustra petatur aut ex-  
pectetur. In summa, regnum Christi in eo sum

est, quod suos gubernat, efficacitatem verbo & sacramentis ex spiritu suo concedens. Ministerium porro Euangelij in hac verbi & sacramentorum administratione situm est. Nullius autem est hominis, largiendi aut infundendi spiritus vim sibi arrogare: quandoquidem à solo est pater & filio. Christus igitur solus Deus & homo caput est essentiale Ecclesiae. Nam nec prædicando Euangelio, aut in vniuerso orbe obeundo ministerio, nemo hominum par esse potest: Nec caput igitur ministeriale totius Ecclesiae quisquam esse potest: sed in sua quaque præfectura pastor & minister, sub pastorum pastore, Domino nostro Iesu Christo.

Age vero expendamus quod aduersarij dicunt, Petrum ministeriale caput Ecclesiae fuisse. Quod si verum est, illud ipsum à Christo habuisse fateantur oportet: Neque enim aut aduersus aut absque illius auctoritate tantam dignitatem præsumpsisset. Nam vero si Christus eiusmodi gradum constituit, & Ecclesiae usque adeo necessarium, ut isti distant, Petrum hoc munus obijisse facile concedent: Alioqui Ecclesiam & laicā pessimum dedisset. Hunc ergo si nec Christus instituit, nec Petrus obiuit, reliquum erit, ut nullum supersit Ecclesiae ministeriale caput.

Quod ad prius illud attinet, vniuersum Euangelium humilitatem nos docet: vt infantibus similes, & spiritu pauperes simus: cuius se & ibi glos. Christus Apostolis exemplar præbet, Apostolos Mat. 20.25 autem orbi vniuerso exhiberi iubet. Ego, in-  
quit,

Math. 18.3.  
& ibi glos.  
Mat. 20.25  
Luc. 21.

quit, sum magister vester: Ego tamen ut  
ministrem vobis, adsum mediocris. Quum autem in  
inter Apostolos semel atque iterum de primatu  
contentio suborta esset, his verbis litem diremit: Vbi Chrys.  
& Orig.  
Math. 22. 28  
Luc. 22. 25.

Qui vestrum est primus, aut maximus, sit  
omnium seruus: & discite ex me, non, ait  
Aug. mundum fabricare, non in ipso mun-  
do miracula facere, &c. sed, quoniam mitis  
sum & humilis corde. Math. 10.  
Aug. serm.  
10. de verb.  
Domini.  
Quod ad Petrum at-  
tinet, ne ex vocatione primus haberi posset, ab  
Andrea fratre suo ad Christum adducitur: Bini  
ad prædicandum euangelium tanquam collegæ ab-  
legantur: quod eminentiam omnem excludit. Vbi Lue. 22. 30.  
Christus 12. illis thronos pollicetur, ad iudican-  
das 12. tribus Israël, nullum tamen Petro, cui Math. 19. 24.  
ut præses infideat, erigit. In celebri illa trium-  
phantis Ecclesiæ apud Ioannem descriptione, duo-  
decim fundamenta ciuitatis illius constituantur,  
in ijsque nomina duodecim Apostolorum Agni:  
Nullo autem loco Petrus ut angularis lapis col-  
locatur. Denique ubi Spiritum sanctum, li-  
gandi & soluendi potestatem, mandatum per uni-  
uersum orbem prædicandi accipiunt: ubi Spi-  
ritus sanctus in eos immittitur, tum in unum  
omnes ordinem coguntur, nec ultra alij in alios  
prærogativa donantur. Iis igitur locis, qui-  
bus si quis esset primatus doceri debuisse, ne  
vestigium quidem adhuc ullum primatus ap-  
paret.

Aduersus haec quæ primatu negat atq; ejus subuer

tunt loca, hæc nobis ad Petrum Christi verba ob-

Math. 16. trudunt, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum non præualebunt aduersus eam. Ex hoc porrò loco aduersarij hanc thesin eliciunt: Ecclesia super Petrum fundata est. Nos hanc longe diuersam: Ecclesia Christo ut lapidi inititur, nominisque ipsius confessioni. Quod dicunt, ex eo probare sibi videntur, quod dicitur, Tu es Petrus. Nostram thesin ex his verbis confirmamus: super hanc petram, & non super te Petrum. Ac cerie quam apertissime Dominus Petrum à petra distinxit, hoc est, Simonem Petrum à firmissima illa rupe cui superædificata est Ecclesia, mutato tum nomine, tum persona, quod contextus arguit Dominum factum non fuisse, si locus ad Petrum, non autem ad Petri confessionem referri debuisset. Iam vero iudicent pīj, utrum sit magis fidei ἀνάλογον, aut Ecclesiæ salutare, Petrone Ecclesia, an Christo innitatur: Filio, inquam, Dei viui, quem confessus est Petrus: An Petro, qui paulo post eundem Dei filium misere abnegauit: Illo qui satanam debellauit: an isto, quem eodem capite satanam Christus vocauit: Eōne, qui lapis est ille angularis: an isto, qui Christo fuit scandalum & lapis offensionis. Nemo, inquit Paulus, aliud ab eo quod posui fundamentum ponere potest, quod est Christus. Vos, inquit Petrus, viui lapides estis, lapidi angulari superstructi, cui

Math. 16.

Marc 8. 33.

1. Cor. 3.

2. Pet. 2.

qui credit, non pudefiet, id est, Christo, qui viuus est Ecclesie suæ lapis & fundamentū. Perspicuum est igitur, eo loco Christum super seipsum ædificare, non super Simonem Petrum: Super fidei confessionem, non autem Petri fidem, quam paulo momento concussam legimus. Et certe Iohannes hanc historiam enarrans, Petri confessioni inhæret. Ne tamen populo imponant sub antiquitatis larna: Age expendamus quid in huius loci explicatione veteres doctores docuerint.

*Chrisost. in Math. Super hanc Petram, id est,* Hom. 55.

inquit, super hanc fidem huius confessionis.

*Item: Statuit pedes nostros super petram,*

*id est, super fidem. Fides enim in Christum*

*jure dicitur petra, quæ frangi non potest.*

*Idcirco quum Petrus eam exposuisset &*

*dixisset, Tu es Christus filius Dei viui: Ipse*

*subiunxit: Tu es Petrus, & super hanc pe-*

*tram ædificabo Ecclesiam meam. Prodeat*

*& Ambros. Is autem Christus, inquit, dixit*

*Petro: Et super hanc petram &c. Super pe-*

*tram, hoc est, super confessionem fidei Ca-*

*tholicæ stabiliuntur fideles in vitam æter-*

*nam. Quid Augustinus? Hunc ait cognovit*

*Petrus dicens: Tu es Christus filius Dei*

*viui. Agnouit montem, & ascendit in mon-*

*tem: Testimonium dixit veritati, & di-*

*lectus est à veritate: supra petram fundatus*

*est Petrus, ut mortem susciperet, illumina-*

*mando, quem ter negauerat timendo. Item.*

*Quando*

In Ps. 32. &c  
secund. 21. de  
Pentec.

Ambros. in  
epist. ad  
Eph. c. 2.

Cont. In-  
dicos Paganos  
& Arianos.

In. Ioan.  
vad. 124.

vad. 10

Quando Petro dictum est: *Tibi dabo claves &c.* Vniuersam significabat Ecclesiam, quæ in hoc seculo diuersis temptationibus concussa nō cadit, quoniam fundata est super petram, vnde & Petrus nomē habet. Nō enim à Petro petra, sed Petrus à petra: sicut nō Christus à Christiano, sed Christianus à Christo vocatur. Ideo quippe ait Dominus: super hanc petram &c. quia dixerat Petrus: *Tu es Christus &c.* super hanc ergo, inquit, petram, quam confessus es, ædificabo &c. Petra erat Christus, super quod fundamen-  
tum ipse ædificatus est Petrus. Nam nemo potest ponere aliud fundamentum, quam id quod positum est, Christus. *Idem in epist.*  
*Ioan.* Quid est, Super hanc petram ædifica-  
bo Ecclesiam meam? super hanc fidem, su-  
per id quod dictum est: *Tu es Christus fi-  
lius Dei vivi:* super hanc petram, inquit, fun-  
dabo Ecclesiam meam. *Idem de verbis Dñi  
serm. 60.* Tu es ergo, inquit, Petrus, & sup-  
hanc petrā, quā confessus es, super hanc pe-  
tram quā cognouisti dicens, *Tu es Christus &c.* ædificabo Ecclesiam meā: super me æ-  
dificabo te, non me super te. Nam volentes  
homines, super homines ædificare, dice-  
bant: Ego quidem sum Pauli, ego autem  
Apollo, ego verò Cephæ: Ipse est Petrus.  
Sed alij qui nolebant ædificari super Pe-  
trum, sed super petram, dicebant: Ego autem  
sum

sum Christi &c. En tibi Aug. interpretationem  
passim repetitam tum libris de Ciuit. Dei, tum  
alibi quoties hic locus excutitur.

Concinit & Hieron. in hunc locum. Per pe-  
tram intelligimus Christum, quem Petrus  
confessus est. Nam si capiamus Petrum pro  
petra fundamentali: æque essent & cæteri  
Apostoli, sicut legimus in Apoc. Ioan. &c.  
Atque ea est Cardinalis Cusani sententia in Lib. de  
Catholica concordia, quem Concilio Constantiensi  
obtulit, quemque iure Canonicō confirmatum ad-  
uersus Papam oppugnantem tutatus est.

Quid vero Bernardus? In cœlis est petra.  
In illa firmitas atq; securitas est. Et reuera,  
vbi tuta firmaque infirmis requies & secu-  
ritas, nisi in vulneribus seruatoris? Fremit  
mundus, premit corpus, diabolus insidia-  
tur, non cado, fundatus enim sum super fir-  
mam petram &c. Saltem vulgarem suam  
glossam legant: Sic enim habet, Tu es Pe-  
trus, nimirum à me petra: ita tamen ut Match. 16:  
mihi retineam ego fundamenti dignita-  
tem. Et glossa communis: Super hanc pe-  
tram, id est, super Christum, in quem cre-  
dis. Ergo ex veterum interpretatione tanta  
lux affertur, ut iam in hunc lapidem impin-  
gere nemo possit. Quod si excipient aduersa-  
ri, Ex patribus nonnullos suam esse interpreta-  
tionem secutos, ac nominatim nonnullo loco Au-  
gustinum. Respondeo: Si loca expendantur,  
Exod. vers. 16. in  
Glos. interlin. in  
palam

palam futurum, tum id illi excidisse, cum obiter  
 & quasi aliud agens hæc attingeret. Augustinus  
 Aug. lib. re. tract. 2. quidem certè hæc à se dicta retractat his verbis:  
 Dixi quodam loco de Apostolo Petro,  
 quod in illo tanquam in petra ædificata sit  
 Ecclesia: sed scio me postea sæpiissime sic  
 exposuisse, quod à Domino dictum est, Tu  
 es Petrus, &c. ut super hunc intelligeretur,  
 quem confessus est Petrus dicens: Tu es  
 Christus filius &c. Ac si Petrus ab hac petra  
 appellatus personam Ecclesie figuraret, que  
 super hanc petram ædificatur. Fefellit me  
 Poëtica est hymnus quidam Ambrosij, in quo dicit, ad  
 loquutio. Galli cantum petram gemuisse. Non enim  
 dictum est illi, Tu es petra, sed tu es Petrus.  
 Petra autem erat Christus, quem confes-

August. ad sus est Simon. Et verò tantum abest, vt Pe-  
 Gal. c. 2. trum Ecclesie fundamenti loco habeat, vt alio  
 loco Iacobum, Petrum, & Ioannem Ecclesie  
 columnas videri, non tamen re ipsa esse, dicat. Et  
 Hieronymus, Apostolos quidem ac nominatim  
 Petrum, Ioannem & Iacobum columnas esse  
 Ecclesie: Verum idem illis competere, quotquot  
 fide de satana victoriam reportant. Sedenim con-  
 fugiunt ad iocies recantatam suam illæ distinctio-  
 nem, Nempe, Christum haud dubie esse funda-  
 mentum Ecclesia essentialie, Petrum tamen nihil-  
 ominus ministeriale esse: Sic nimis ob mini-  
 sterium appellari. Verum hic querimus, quis sine  
 scripturæ sine Patrum locus hoc illis distinxerit.

Quid

Quid an non confecimus, nullum, quod in idem  
recidit, esse ministeriale caput? Attamen respon-  
deant: Petrusne aliud ab Apostolatu munus susti-  
nuerit? Si aliud velint, quam verum sit quod di-  
cunt probari, & in quo situm fuerit explicari pe-  
timus. Si negent, inde conficitur, reliquos Apo-  
stolos ministerialia cum ipso fundamēta fuisse, nec  
ipſi superstructa, ut nec eas quas exædificarunt  
Ecclesiæ, quod & Hieronymus scribit in epistolo.  
ad Galat. c. 2. Et sane Paulus ad Ephes. docet, Ephe. 2. 20.  
pios superstructos esse superfundamentum Apo-  
stolorum & Prophetarum, cuius imus angul'aris  
lapis sit ipse Iesus Christus, & à se prædicatum Rom. 15. 10  
Euangelium profiteatur multis locis, ubi non esset  
nominatus Christus, ut ne super alienum funda-  
mentum edificaret. Ioannes etiam civitatis illius  
duodecim fundamenta constituit, in quibus scripta  
essent duodecim nomina Apostolorum agni. Quis  
autem inde effici non videat, omnes ex æquo A-  
postolos fundamenta esse Ecclesias? Addo etiam  
& Paulum, qui Petri ministerio non superstruxe-  
rit, vel absque fundamento edificasse, vel falso  
Petrum fundamentum illud constitui? Pergo  
etiam, & quero, An non ministerium illud in æ-  
dificanda prædicatione Euangeliij Ecclesia situm  
fuerit? Si ita est, Apostoli omnes quis salutis in Christo  
præcones fuerunt, huius architecti habendi sunt:  
Et quotquot huic fundamento lapidiique viuo  
superædificant, fidei sunt operarij. Si vero archi-  
tectos omnes esse afferant, Petrum ineptè funda-

mentum esse volunt: quum unus & idem archi-  
tectus & fundamentum esse nullo modo possit.

Sequitur eodem loco: *Tibi dabo claves regni  
cælorū: Quodcunq; ligaueris, &c. Ex hoc  
iterum loco contrarias theses elicimus. Hanc illi:  
Christus soli Petro dat claves regni cælorū,  
& ex consequenti Romanis Episcopis, tan-  
quā Petri successoribus. Nos longè secus statni-  
mus: Christus sub Petri nomine claves om-  
nibus pollicetur, quas omnibus dedit Apo-  
stolis, ijsque omnibus qui legitimè essent  
Euāgelij munere defuncturi. Si qua sit clavis  
natura: quid ligare, & soluere, tenebimus: ab utra  
harum propositionum sicut veritas, facile erit iudi-  
care. Christus suum illud vocē in legis interpretes  
intonat, qui sustulissent clavem cognitionis, ipsi  
non introirent, sed eos qui introire cuperent prohi-  
berent. Ihsis autem doctoribus procundubio docēdū  
verbum Dei munus incumbebat. Claves igitur  
nihil aliud sunt, quam prædicandi regni cælorum  
prouincia, cuius portæ, prædicatione Euāgeliū re-  
cludantur. Ligandi autem & soluendi voceſ 1o-*

*Ioan. 20. 23. annes explicat, remendi aut remittendi peccata  
verbis: quod nulla sit alia ratione quā vbi docetur  
remissio peccatorū, que Dei beneficio palam ex-  
posita prostat ijs omnibus, qui creditur sunt Euā-  
geliū. Claves igitur sunt verbi prædicatio: Ligare  
& soluere, verbi huius effectus, quod nonnullis in  
salutem, alijs in condemnationē cedit grauiorem.  
2. Cor. 5. 18. Quid de causa Paulus suum ministerium modo re-  
con-*

conciliationis modo vindicta in incredulos esse tenetur: Eadē ratione qua multis ante seculis Isaías <sup>Isaia 63</sup> annūm benevolentiae & diem ultionis fore comminabatur. Iam vero ministerium illud obire ubique & apud omnes nemo homo potest. Nec igitur has claves solum aliquis habere potest, neque hanc ligandi & soluendi provinciam, quae Christo manifestata in omnes mundi partes pertinet. Cur ergo, inquirunt, nominatim Petro dicatum est, Tibi dabo? Christus omnes interrogauerat: Quem me esse existimat? Hic vero omnium nomine responderat: Tu es Christus ille &c. In Petro itaque promittit omnibus clavum potestate: quod rursus <sup>Matth. 18. 20.</sup> <sup>Ioan. 10.</sup> nominatim exprimit cap. 18. omnibusque post resurrectionem Apostolis ex aequo, nulloque abhinc discrimine, traditum verbis: Accipite Spiritum sanctum, si quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Quod igitur promissum fuerat his verbis, Tibi dabo, non autem, Tibi do, quae futurum tempus denotant, omnibus in uniuscum confertur, quemadmodum & omnibus in Petri persona promissum fuerat. Denique si (quod Gregorius ille afferit) Petrus non ante resipiscientiam caput Apostolorum esse coepit: frustra sese torquent, dum ex hoc loco traditam illi potestatem probare conantur. Nam si promissam hoc loco clavum nomine excipiunt: Ex ipsa clavum traditione, que post Petri resipiscientiam omnibus ex aequo facta est, & omnibus ex aequo promissam frusse concludimus. Neque vero hac à nobis ea

dicuntur, vt vel tantillum Petri autoritatem deteramus, cuius incomparabilem zelum, & in Dei filio confitendo alacritatem agnoscimus: Sed vt Papæ illiusque assentatorum imposluras regemus, qui clauem scientiae qua Petrus donatus fuit, in clauem potentiae transformarunt: Et prædicationis Euangelicæ loca tyrannidem in reges & populos inuixerunt: Regnum denique cœlorum terrena monarchia conemitarunt: quo quidem nihil est Apostolicæ doctrinæ magis contrarium, & ex diametro repugnans. Et autem hac in re nobis miracum Apostolis consensio.

*De simplic.  
Praelat.* Cyprianus, Hoc etiam (ait) utique cæteri Apostoli quod fuit Petrus pari cōfōrcio prædicti honoris & potestatis, sed exordium ab unitate proficilcitur ut Ecclesia Christi vna monstretur &c. Hieronymus autem in hunc versum, Et tibi dabo claves, Hunc locū quidam presbyteri & Episcopi non intelligentes aliquid sumunt de supercilio Pharisæorum, ut damnare innoxios, vel soluere se putent noxios, quem apud Deum non sententiæ sacerdotum sed reorum vita queratur. Verum ligare & soluere nihil aliud est, quam per verbum Dei declarare sententiam Dei. *Et tibi igitur si Hieronymo Romane Ecclesiæ presbytero credimus, in papa pro Cepha Caiphæ.* Item: Habent quidem eandem iudicariæ potestatem alij Apostoli quibus post resurrectionem ait: Accipite Spir. san. quorū remissi-

seritis &c. Habet etiam omnis Ecclesia in presbyteris & Episcopis: sed ideo Petrus ea specialiter accepit, ut omnes intelligat quod quicunq; ab unitate fidei se separauerit, nec a peccatis absolui nec cœlū ingredi potest,  
*Unitatis fidei meminit, non autem aut Petri aut Episcopi Romani.* Item: Id iuris & officij habent euangelici sacerdotes, quod olim sub lege habebant legales in curādis leprosis. Hi ergo peccata dimitunt vel retinent, dum dimissa a Deo vel retenta iudicant & ostendunt. *Nunc Aug. audiamus.* Claves sunt discernendi scientia & potētia, qua dignos recipere & indignos excludere debet sacerdos a regno Dci. Item: Quanuis videatur Dominus hanc potestatem ligandi & soluēdi vni Petro dedisse, tamen proculdubio agnoscedum est, eandē dedisse Dominū cæteris Apostolis: quod & ipse testatur post mortis suę & resurrectionis triumphū his verbis: *Accipite Spir. san. Quibuscunq; &c.* Hoc idem etiam Ecclesiæ officium cōmittitur Episcopis & Presbyteris, &c. Item: Si in Petro non esset Ecclesiæ mysteriū, non ei diceret Dñs, tibi dabo claves. si enim hoc Petro dictum est, nō habet Ecclesia: si autē Ecclesia habet, Petrus quādo claves accepit, Ecclesiā totā designauit. *Item dicitur Petro, Tibidabo claves, quasi ligandi & soluendi solus accepterit potestate, quū & illud unus pro omni-*

Aug. in To:  
ho. 11. 50.  
124.

bus dixerit, & hoc quum omnibus tanquā personā gerens ipsius unitatis acceperit, ideo unus pro omnibus, quia unitas est pro omnibus. Quamobrem usitatam loquendi formulam

*Aug. c. 18. l.  
1. de doctr.  
Christ. &  
passim vbi-  
que.*

*Aug. usurpat: In persona Petri claves omni-  
bus fuisse promissas, & in omnī Aposto-  
lorum persona omnibus ex aequo ministris  
Ecclesiæ. Leo Romanus & ipse Episcopus quū*

*In serm. de aduersus Constantiopolitanos Episcopos hæc agi-  
taretur quæstio, non aliter loquutus est, quamvis*

*alioqui in ipsius operibus nō pauca appareant am-  
bitionis lumenata. Hæc, inquit, clavium po-  
testas ad omnes etiā Apostolos & Ecclesiæ  
præsules est translata: Quid autem sigillatim  
Petro sit commendata, ideo factum est, quod  
Petri exemplum vniuersis Ecclesiæ pasto-  
ribus fuit propositum. Itaque vbi cunque se-  
cundū Petri æquitatem sit iudicium, ibi Pe-  
tri priuilegium inuenitur: Contra vero vbi  
Petri æquitas non reperitur, ibi potestas illa  
locum non habet. Ergo nulla adhuc à nobis po-  
testatis clavis, sed tantum scientiæ reperta est, Euau-  
geliū videlicet ministerium, quod cum sit cōmune*

*Gratian. in  
Decr. dist. 12  
in nouo 24.  
q. 1. loquitur  
Ioan. in c. 1.  
derenuncia  
tionib. lib.  
6. de penit.  
dist. 1. Ver-  
bi cū sicut.*

*ministris omnibus, ei quoque claves cōmunitas esse  
necessæ est. Quid & apud Gratianum in decreto  
repetitum inuenias, Petro non esse maiorem quam  
reliquis Apostolis potestatem attributam. Et in  
decretalibus apud præcipuos Doctores, ligandi &  
soluendi authoritatem in qua fundata est Ecclesiæ  
iurisdictio, immediatè à Christo, non mediata à  
Petro.*

Petro aut successoribus ipsius dimanare. Quod & Car. Cis. li.  
de concor.  
Cath. 2. c. 13  
**Cusan.** Cardin. Constanensis concilij seculo aduersus eos disputauit, qui clavem illam potestatis, quam  
 sibi Papa vendicat, allegabant. Sed tamen pergam. Ligandi & soluendi potestatis temporum in suo  
 pœnitentia Sacramento consituunt, ubi sacrificulus satisfactiones demadat, quibus qui defuncti sunt, eos demum absoluit. Agedum respondeant,  
 Deus ne peccata remittat, an sacerdos dum absoluat. Deus, inquit, is est qui remittit: sacerdos, qui  
 in verbo significat: quod quarto suo lib. Magister  
 ille sententiarum multis ex patribus desumptis lo- In illud Io.  
20. Qubus  
cung; remi-  
serit.  
 eis probat. Iuxta illud Chrysost. Non enim sa-  
 cerdos, sed neque Angelus aut Archange-  
 lus operari potest aliquid ijs quæ datur  
 à Deo. Ac sane indubitatum est Christianæ reli- Mag. sent. 1.  
4. dit. 18. c.  
4. ex Amb.  
Aug. Chry.  
 gionis axioma quod illo loco dicitur, alium à Chri-  
 sto neminem tollere peccatum, qui quidem agnus  
 est ille Dei qui tollit peccata mundi. Ergo si Dns  
 is est qui ligat & solvit, sacerdos autem ligatos &  
 solutos declarat: quemam obsecro potestas est Pa-  
 pæ reliqua, cui neutrum horum competit? An non  
 remeda est Marsilius Patauini conclusio: Non ma- Mag. Ioan.  
Paris. in lib.  
de potesta.  
regia & pa-  
pali.  
 iorem esse potestatem Papæ, in remittenda vel  
 pena vel culpa, quam gregarij cuiuslibet presbyteri. Mar. c. 6. li.  
2. & c. 15.  
Magister. d.  
eadem c. 8.

Rursus si Deus potestatē, ut ait Ambr. exercet,  
 Presbyter autem scientiam clavis discretionis in  
 obeundo munere vititur: Quid superest Papæ reli-  
 quum, nisi vt Dei potestatē inuadere tentet? Que  
 porro clavis superest, cū nullum minus obeat, nisi

clavis iustitiae? Ergo ut huius ex Mathæo loci  
interpretationem ex verborum proprietate, scrip-  
turarum collatione, fidei analogia, veterum sen-  
tentia, canonum denique ipsius Romanæ Ecclesie  
præscriptis concludamus: Iesus Christus petra est  
sine rupes vina, cui Apostolorū ministerio super-  
structa est Ecclesia, cuius illi architecti fuerunt.  
Huius Ecclesie, que una est, sub Petri præ omni-  
bus respondetis nomine potest as clavium est pro-  
missa, qua videlicet regni cælorum porta reserata  
patet omnibus qui euangelicæ prædicationi auscul-  
tant. Quotquot huius ministerij munus obeunt,  
has claves obiungent, quaqua patet ipsorum ministe-  
rium: qui vero nullo modo obeunt, easdem sibi te-  
mere vendicant: unde consentaneum esse conce-  
diur, non modo Papam hoc ius sibi soli falsò ar-  
rogare, sed inter presbyteros insinuum qui modo fi-  
deikter munus exequatur in sua parœcia potiore  
iure quam ipse pontifex germani clavium usum  
obtinere. Si nihilominus quoniam haec verba Pe-  
tro dicta fuerunt, locum ad Petri personam restrin-  
gunt, perperam quod Petro fuit peculiare ad fin-  
gulos Romanos Episcopos extendunt. Si rursus  
perniciaciter hoc quoque mordicus retinere velint,  
liceat haec quoq; verba. Abscede à me Satana, es  
enim mihi offendiculo, quæ proxime sequuntur  
ac de Petro nominatim dicta sunt, ad personatos  
istos successores extendere: unde nobis emerget  
hoc priuilegium, Petri successores eosq; solos dæ-  
mones euadere posse, Romanamque Ecclesiam  
Christ-

Christianæ reipub. petram esse offendiculi, quod  
dum quæ in mundo eminent sectatur, ab ijs quæ  
Dei sunt defecerit.

Ex loco deinde Ioannis argumentantur, vbi  
ter Petro ingeminatum legimus, Petre amas  
me? Pasce oves meas: Ergo, inquit, in pa-  
storem Ecclesiae vniuersalem consecratus est. Ex  
pascendi mandato quam aptissime concluderent,  
eum gregi Christi pastorem constitutum fuisse.  
Verum ut pastorem vniuersalem sive pastorem  
pastorum dicamus, ex toto contextu nulla proba-  
bilitate potest elici. Pascere (ait ipsorum glossa in  
illum locum) est tum verbo tum exemplo docere,  
non orbi vniuerso præsidere. Omnibus autem A-  
postolis dictum legimus, Ite in vniuersum  
mundum, & docete. Item, Quemadmo-  
dum misit me Pater, sic & ego mitto vos.  
Ergo omnibus dictum est, Pasce oves meas.  
Paulus passim A postolum se gentium esse profi-  
tetur. Idem autem, Quis, inquit, pascit gregē,  
& de lacte gregis non edic? Pastor igitur gre-  
gis erat. Quin tamen id ipsum essent alij, numquā  
est dubitatum. Ab ipso Dei spiritu audivit, E-  
ritis mihi testis apud omnes homines: Quod  
quidem illo pascendi oves mandato multo est ge-  
neralius. Quis tamen inde concludat, reliquos  
tantum fuisse subordinatos testes? Nempe Do-  
minus omnibus dixerat, Eritis mihi testes in  
extremos usque fines orbis. Atenim, inquit,  
qua de causa Dominus solus Petrum his verbis

Ioan. 21.  
Pasce oves  
meas.

I v affatur?

affatur? Nimirum Dominus à Petro, qui ter ipsum abnegauerat, ter amoris testimonium poscit: & quoniā Apostolatus dignitate exciderat, ne minoris à collegis fieret, triplici hoc praecepto Dominus mandatum renouauit. Infirmitatis igitur consolatio potius quam dignitatis est addita.

August. in prærogativa. Augustinus alioqui acutissimus nō  
 Ioan. tract. alium huius loci sensum videt. Sic enim in Ioan-  
 12.3. ca. 2.1.  
 Item Hilar. nem, ubi locum hunc ex professo explicat: Red-  
 & Cyril. in ditur negationi trinæ tria confessio, ne  
 eundem lo- minus amori lingua seruat quam timori, &  
 sum. plus vocis eliciuisse videatur mors immimes,  
 quam vita præsens. Sit amoris officiū pasce-  
 re dominicum gregem, si fuit timoris indi-  
 ciū negare pastorem. Qui hoc animo pascunt  
 oves Christi, ut suas esse velint, nō Christi:  
 se conuincuntur amare, non Christum, vel  
 gloriandi, vel dominandi, vel acquirendi  
 cupiditate, &c. Nam quid aliud est, si diligis  
 me, pasce oves meas: quam si diceretur, si  
 me diligis, non te pascere cogita: sed oves  
 meas, sicut meas pasce, non sicut tuas, &c.  
 gloriam ergo meam quærere in eis, non tuam  
 &c. Eadem est & Hilarij & Cyrilli in hunc lo-  
 cum expositio. Rursus Augustinus: Com-  
 mendabat, inquit, Christus agnos suos  
 Petro, qui pascebatur & Petrum. Ergo  
 fratres cum obedientia audite, oves vos  
 esse Christi, quia & nos cum timore au-  
 dimus, Pasce oves meas. Augustinus igit  
 tunc

tur Hipponeñsis in Africa Episcopus tam sibi  
hoc dictum, quam Romano Episcopo constitue-  
bat, ex illa Christi admonitione, Quod vni  
dico, omnibus dico. Cyprianus: Pastores Devnit. Ecclesias.  
sunt omnes, sed grex unus ostenditur,  
qui ab Apostolis omnibus unanimi con-  
fessione pascatur. Item: Episcopatus unus  
est, cuius à singulis in solidum pars te-  
netur. Quod & iisdem verbis apud Gra-  
tianum repetitur in decreto, quæ tum Sorbona-  
rum Scholastici sic interpretati sunt: Sacer-  
dotum est anima una, quæ est tota in to-  
to, & tota in qualibet parte. Denique  
multis à passo Domino seculis conperietur, Ro-  
manum Episcopum nulquam hunc locum protu-  
lisse, ex quo se pastorum omnium pastorem pro-  
barec. Saltē suam Missam audiant, in qua sin-  
gulo quoque die occidunt: Vere dignum & iu-  
stum est, æquum & salutare, te quidem  
omni tempore suppliciter exorare, ut gre-  
gem tuum pastor æterne non deseras, sed  
per beatos Apostolos tuos continua pro-  
tectione custodias, ut eisdem rectoribus  
gubernetur, quos operis tui vicarios eidem  
contulisti præesse pastores. Enī igitur ex  
ipsa missa omnes Apostolos rectores, pasto-  
res, & immediatè Christi vicarios. Quod si in  
ipsa Petri causa Petrum iudicem admittere ma-  
lin: Presbyteros, inquit, qui inter vos sunt  
precor ego unà presbyter, pascite gregem  
Dei,

Gratian. in  
Decret. 7.  
q. 1. Noua-  
tianus ver.  
Item Epis-  
copatus.

Magister  
Iom. Part.  
Scient. c. 13.  
Cusanus I.

3.ca. 412

Dei, qui penes vos est, curam illius agentes, non coacte, sed libenter, &c. Nequaquam ut dominantes cleris, sed ut qui sitis exemplaria gregis. Et quum apparuerit ille pastorum princeps, reportabitis immarcessibilem illam gloriæ coronam. *Siquis in hæc verba, Pascite gregem, ex eorum more sophistam velit agere: Inde concludat, Petrum in alios suum munus contulisse.* At hoc unum urgemus, Petrum se pastorum pastorem non venditare, sed ad Dominum Iesum Christum pastorem pastorum illos relegare. Sed enim quod nonnulli obijciunt: Et erit grecus unus & unus pastor, ad que Papam referunt, longe est deterius. Ipsa contextus series ostendit eo loco agi de gentium vocatione. *Vnde Gregorius in glossa: Hæc, inquit, idcirco dicuntur, quia Iudaicum & gentilem populum in sua fide coniungit.* Et Theophilactus: Quia unum omnibus baptizimi signaculum, unus pastor, nempe verbum Dei.

Piet vnum  
ouile &c.

Gregor. &  
Theophil.

Verum enim vero nunc alium locum proferunt, quo eos uti puduit, quo usque gladium haberent, quem ut suam interpretationem tuerentur, distinguere possent. Dominus Iesus morti proximus his verbis suos Apostolos ait loquebatur: Quando misi vos absque crumenâ & pera, & soleis, num quid defuit vobis? Ipsi verò dixerunt, nihil. Dixit ergo eis: At nunc qui crumenâ habet, vendat pallium suum, & emat gladium.

dium. Dico enim vobis, adhuc oportere in me perfici scriptum illud: Cum sceleratis numeratus est: Nam ea quæ scripta sunt de me, finem habent. At illi dixerunt, Domine, Ecce duo gladij hic. Ipse vero dixit eis, Satis est. Nemo non videt ex ipsa orationis serie admoneri discipulos, quid hostes in Christum molirentur: In quo tamen nullus erat armorum carnalium usus. Extrahantiam tamen papistiarum conclusio in hunc modum extrahatur: Scriptum est: Ecce hic duo gladij: Ergo Petrus, id est, Papa cum successoribus totius sunt mundi capita tum in temporalibus tum spiritualibus. Hæc est illa præclara Bonifacij 8. Decretalis determinatio, cuius causa Rex Philippus fulmine illo pontificio ictus fuit, & cuius initium est: Vnam sanctam Ecclesiam, eiusmodi conclusione addita:

Extrati de  
Maior. &  
obedientia;

Porro subesse Romano pontifici omnem humanam creaturam declaramus, dicimus, & definimus esse de necessitate salutis.

Atque illo loco de Petro nominatum non agitur: sed generaliter de omnibus: Neque de Domino queritur, sed persecutione. Et Christus ipse litens dirimit, dum Petrum iubet gladium recondere in vaginam. Ea autem impudentia fuerunt, ut huius loci praetextu iurisdictionem in uniuersum orbem inuaderent: Ea autem Principes & populi ignorantia, & iustitia laborarunt, ut huius se tyrannidis pedibus proterendos subiicerent. Iniurias haud dubie Patribus viderer, si illorum suffragia

Amb. in Iue:  
& glos. in il-  
luminis locum.

ad

ad istas ineptias refutandas accerserem: quo-  
rum ali⁹ gladiorum nomine nouum & vetus  
testamentum intelligunt, ali⁹ lanam doctrinam,  
ali⁹ virtutis exemplum, quod & illorum glo-  
sa amplectitur. Omnia potius iudicium ap-  
pello, an non isti palam Christo & ipsius ver-  
bo illudant, Pharisaeicumque illud, Aue rex Iu-  
deorum reponant: & an alia ratione gladij  
isti retundi debeant, quam legitimo Principum,

Ferrari. ead.  
& ibi glof.  
Ibid. super  
genel. c. 1.  
Mag. Ioan.  
parv. c. 25.

qui Christiani dicuntur, gladio. & quē firma est  
hac altera obiectio: Fecit Deus duo lumina-  
ria: Papa sol est, Imperator luna: Ergo insi-  
nitis partibus Imperatorem Papa dignitate su-  
perat. Quibus unum suum Isidorum opponere  
sufficiat, à Sorbonico Doctore probatum: Is  
solis nomine regnum: lunæ, sacerdotium intelli-  
git. Christus Iesus, inquit, iussit dæmones  
in porcos intrare: Ergo Pontifex est tem-  
poralium Dominus. Rursus vero quamvis blasphem-  
iam superat quod dicunt, Mili, inquit Do-  
minus, omnis potestas data est in celo & in  
terra: Pontifex igitur nullis consrictum legi-  
bus in celum & terram habet Imperium: Et  
tamen hæc illa sunt totis Decretalibus allega-  
ta testimonia, & pontificia potestatis firmissime  
probationes.

Verum quum ista nostro seculo agitarentur,  
non minus inepta & blasphemâ nuper commenti  
sunt. Scriptum est (inquit Iesuitastræ,) Iudi-  
cabo, inquit Dominus, inter ouem & ouem,  
inter

Inter arietem & hircum: Ergo Petrus in  
successoribus index est vniuersæ terræ. Librum  
integrum edidit Augustinus in hoc Ezechielis ca-  
put: Neque tamen quæ fuit hebetudine latenter,

Ezech. 34.  
Aug. lib. de  
pastor.

in hoc versiculo fidei articulum animaduertit.

Nos quoque ex his verbis, sed longe alter, ar-  
gumentabimur: Ezechiel Deum inter ones indica-  
turum afferit: Idem sibi Papa tribuit, deique thro-  
num inuidit: Ergo Papam eum esse oportet, quæ  
Paulus prædixerat futurum, ut supra id omne  
quod Deus esse efficeret. Item, Docet Petrus,  
Baptisma fuisse arcæ ævitutov: unde consequi-  
tur, non secus ac in arca seruorum fuit genus hu-  
manum & quodammodo regenit: Sic Christianos  
Baptismate regenerari. At iſi contrariam con-  
clusionem elicunt: Baptisma est Arcæ ævitutov:  
Noë filiorum suorum caput in Arca fuit: Petrus  
igitur in successoribus caput est Ecclesiæ. At quæ  
obsecro, Dialeticorum schola hanc disputandi ra-  
tionem non exhibabit? Nos autem cum bona ip-  
forum venia aliter concludemus. Inſimus martyr  
antiquitate inter patres venerandus, dum hunc  
locum explicat, Noah Christi tōtov constituit,  
tanquam alterius gentis ex regeneratione princi-  
pū: Si tamen Papa ipsius ævitutov statuit: Ergo  
vel Papam Christum esse oportet: aut cum hoc nō  
possit, illum potius esse qui ipsius in Ecclesia lo-  
cum occupatus erat, nimurum Antichristum.  
Istorū cauſa me puderet hæc loca proferre, niſi  
& ij quos non pudet cadenti pontificum cauſe  
patro-

patrocinari, tam proieclit essent pudoris, ut hæc proferant, & ingentia volumina conficiant: Ex quo apparet, quanta testimoniorum penuria laborent, qui ad ista configere cogantur.

Quum igitur ex scripturis Petrum à Domino caput Ecclesiæ constitutum fuisse non constet: immo potius non fuisse constet: consequitur ut videamus, an Petrus à Christo passo hoc munus obierit, aut reliqui Apostoli hec illi decenterint. Primit Samariam cum Ioanne mittitur ab Apostolis. Sane qui mittit, in eum qui mittitur ius aliquod habet. Accusatur à fratribus quod ad gentes divertisset, id quidem iniuria, accurata tamen apologia factum apud illos excusat. Non igitur illi quiduis licuit pro arbitrio gerere à fratribus examine immuni. In synodo Hierosolymitana de vocatione gentium quam ex revelatione didicerat sententiam suam profert: Iacobus autem tanquam præses concludit, & Ecclesiæ totius nomine litteræ concipiuntur. At qui illo præcipue loco si quafuisset dignitatis preslantia, patere debuit. Denique se presbyterorum Ecclesiæ collegam profiteatur, neque decretis aut mandatis cogit, verum ut pares amicè hortatur. Quod si pergamus, Paulus primo & altero cap. ad Gal. palam se ab illius subiellione eximit, ac nec Petrum id postulasse docet, sed datas tantum sibi fuisse dextras societatis, ut pergeret in opere Domini promovendo. Quin & Petrum in os à se reprehensum fuisse, cui tanquam aequali & socio restiterit.

Quam,

Act. 8.

Act. 11.

Act. 15.

a. Pet. 5.

*Quamobrem & glossa ordinaria secundum A. & Glos. ordinis;*

*gustinum: Cæteri Apostoli videbantur esse  
maiores Paulo, quia priores, iste minimus,  
quia nouissimus: sed inde apparet dignior,  
quia priores constituti sunt per Christū ad-  
huc ex parte mortalem: nouissimus verò*

*Paulus per Christū iam ex omni parte im-  
moralem. Item: Nihil à Petro aut alijs di-  
citat, sed alios docuit: Alijque nihil illi con-  
tulerunt, sed ipse contulit & profuit Petro.*

Glos. ordinis  
secundum.  
Hieron.

*Rursus: Dominus Iesus, inquit Paulus, alios  
constituit Apostolos, alios Prophetas, alios  
doctores in ministerium Euangelij. Ac iterū:  
Nos vnum corpus & vnu spiritus, vna spes  
vocationis, vnu Deus, vna fides, vnu bap-  
tisma. Supererat ut vnum Ecclesiae caput mini-  
steriale in Petro & successoribus, vnitatis causa  
commendaret in sede Romana. Atqui in his om-  
nibus ne minima quidem delineatio primatus ap-  
paret. At enim sapissime Petrus honoris causa  
primus nominatur. O miserum tam prodigiost &  
dificij fundamentum. Quid beatæ virginis fiet, quæ  
non semel postremo loco recensetur? Quid Petro,*

A. & Galat. 1. 10.  
Galat. 1. 10.

*qui Iacobo etiam postponitur? Atqui primas in  
dicendo partes sapientius obtinuit, eximis donis orna-  
tus fuit, & à patribus inter Apostolos primus  
appellatus. Et quis, obsecro, nostrum, Petri excel-  
lentiam insciatus est, quis zelum incomparabilem  
non admiretur, quis nō eum in editissimo Ecclesie  
loco statuit? Rursus quis eum ex aduerso gravius*

K quam

quam Papa debonestat, qui fœditatem & ulceram  
 sua Petri nomine obtagit, eoque prætextu mun-  
 dum vniuersum tyrannide sua deuastat. Primum  
 sanè locum inter Apostolos Petrus tenuerit aut  
 Marsili. li. 2. etatis aut zeli caufa, vt recenset Marsilius Pa-  
 cap. 16.  
 Card. Cuf. tanimus: vel proprie xapioꝝatw exuberantiam,  
 l. 2. c. vi. de ex Cardinalis Cisari post Augustinum, senten-  
 Cœc. Cath.  
 Aug. in Ioa.  
 serm. vi.  
 Hier. cont.  
 Iouan. lib. i  
 illosista inuabunt? Cœtus omnes primatum ha-  
 bent ordinis: ex quo tamen non sequitur aliorum  
 in alios aut potestatis aut dignitatis primatus.  
 Germanicum imperium septenarium habet ele-  
 ctorum munerum: Archiepiscopus Moguntinus  
 Comesque Palatinus primas inter eos obseruat:  
 ille inter Ecclesiasticos, hic inter seculares, quos  
 vocant. Iam si quis inferret: Ergo in collegis  
 qui ex aequo ius suffragij habent in eligendo, vel  
 in alios etiam qui hoc carent honore, imperium  
 habent: ridiculum foret. Neque vero est ullus  
 bene constitutus cœtus, cui non præsit aliquis,  
 qui tractanda proponat, suffragia colligat, iudi-  
 cium ferat ex communi omnium sententia. Hic  
 igitur quoscunque libitum fuerit stabilitet vel ex-  
 authoritatibus? Nemo non reclamabit. Facetiam  
 Petrum duodecim viris præsidem assedit, A-  
 postolorum suffragijs electum (quod tamen fal-  
 sum est) Si quis inde concludat, necesse est igi-  
 tur in quomodo cœtu unum aliquem præfici ordi-  
 nis caufa: apta erit conclusio: Ergo Papam  
 ut Petri successorem necesse est vniuerso mundo  
 præ-

præesse: Hic iam nullus ordo superest, verum to-  
 tius mundi confusio. Adhac ( quod multo an-  
 te tempore per appositi aduersus Papam dispu-  
 latum fuit ) Si Petrus iuxta decretum Ana-  
 gelii ab Isidoro citatum in præsidem ab Aposto-  
 lis est electus, non statim consequitur, illius suc-  
 cessori ius idem competere in successores Apo-  
 stolorum, nisi & ipsorum accedant suffragia.  
 Etenim qui Ioanni successerunt, præstantiores  
 esse potuerunt Petri successoribus, quos eligere li-  
 cuerit communis omnium calculo. Haenam per-  
 sonales sunt dignitates, quibus hereditario in-  
 re non succeditur, nec cathedris sunt affixa, sed  
 ab eorum consensu pendent qui eas inserviunt:  
 quod, usque adeo verum est, ut Cardinalis Cu-  
 sanus non sit veritus profiteri: Quod si per  
 possible Treuerensis eligeretur pro capite  
 Ecclesiæ: ille propriè plus successor esset  
 beati Petri, quam Romanus Episcopus.  
 Non enim successio ex loco arguit succes-  
 sionem in principatu, &c. Habet enim  
 Ecclesia potestatem liberam sibi de capite  
 prouidendi, &c. Et teneretur tum Epis-  
 copus Romanus Treuerensi obedire. Er-  
 go perspicuum est ex scripturis, Petrum à Do-  
 mino Iesu Christo caput Ecclesiæ non fuisse  
 designatum. Hanc ipsum dignitatem nec sibi  
 vendicasse, nec Apostolos illi attribuisse: Ac  
 nec Pontificem totis quingentis à Christo an-  
 nis ulli in Concilio vel unicum Scripturæ

22. dist. sec.  
crostand.

locum ad confirmandum cum oppugnaretur, Papam protulisse. Atq; inde antiquitatis patrocinio freti concludimus, Papam nec successoris quidem Petri nomine ministeriale caput Ecclesiæ diciposse: Alijs episcopis parem esse: Primum quem occupat diuino iure nullo modo niti: Et ex consequentiis quotquot hinc superstructi sunt articuli fidei, quorum causa pontifices Rempub. Christianam concutunt, & sursum deorsum volunt, Iesum Christum nec basim nec fundamentum habere.

**PAPAM SIVE EPISCOPVM  
ROMANVM NON ESSE VEL  
humano iure Catholicæ Ecclesiæ caput ministeriale, & quibus artibus hunc titulum & potestatem usurparit.**

CAP. VIII.

**Q**uandoquidem agitur de Petri successione, ac quibus in rebus sita sit, satis superque constet: nunc videndum est, quas tabulas proferant, ut in huius possessionem mittantur. Petrum Romam fuisse contendunt: inde statim in hanc conclusionem transvolant: Ergo Papa caput est Ecclesiæ. At enim si Petru[m] Roma fuisse negemus, ex scripturis probare nullomodo possint, alique inde perspicuum est, quam sit infirmum quod tate molis adficium sustinet fundatum. Quin ex aduerso nunquam isthic fuisse multæ occurrant conjecturæ, in quas multis ante nos seculis varijs ijque grauissimi viri inquisierunt. Domini morte septem & triginta post

Marsil. Pat.  
lib. 2. c. 16.

annis

Annis Neronis interitus est secutus. Ex scripturis  
 apparet, Petrum vigesimo post passum Christum  
 anno Hierosolymis fuisse: inde Antiochiam se re-  
 cepit, ubi Gregorius septem annos, Eusebius quinq.  
 & viginti docuisse afferunt. Eusebio si credimus,  
 sub Nerone martyrij coronam non potuit adipisci,  
 quidquid ille ipse dicat: intercesserunt enim a Chri-  
 sti ad Neronis obitum anni triginta septem. Illius  
 autem calculo sex & quadraginta minimum ne-  
 cessarij essent. Si Gregorium sequamur, anni de-  
 cem reliqui erunt, quibus Petrus Roma esse po-  
 tuerit. Ab eo autem tempore quo Petrum Pan- Gal. 1. & 2.  
 lus Hierosolymis vidit, bene longam scripsit ad  
 Romanos epistolam, quo labore si Petrus i st |hic  
 fuisset, facile carere potuisset. Adde quod non pau-  
 eos salutat, nulla Petri facta mentione. Roma  
 deinde varijs scripsit epistolas: in singulis occur-  
 runt loca, quae ut Petri meminisset (si quidē Ro-  
 ma fuisset) postulare videntur. Extat etiam lo-  
 cus, in quo conqueritur, se cum Euangelij caussa  
 virtus esset, ab omnibus fuisse desertum. Altera Phil. 2. 20:  
 ad Timotheum eo ipso anno scripta videtur, quo 2. Timot. 4.  
 16.  
 Paulus capit is damnatus est a Nerone. Atque ut  
 paucis absoluam: vel Petrus Paulum Romā præ-  
 cessit, vel subsecutus est. Si (vilegenda, quam vo-  
 cant, testatur, secutus Paulum, & magna vtruncq.  
 certamina cum Simone Mago sustinuisse) Petrus  
 præsit: cur eum obsecro Paulus insalutatum præ-  
 terit in epistola ad Romanos? Cur in alijs de Petro  
 silentium? Et quod maioris est momenti, cur aut

K iij quo-

A.D.C.VI.

quomodo stare potest quod scribit in actis *Lucus*<sup>15</sup>  
*Iudeos qui Romæ erant asseuerasse se nihil adhuc  
 de Paulo audiuisse, cum quærogasse, ut suam de  
 bac sententiam explicaret, cui notum esset  
 ab omnibus ubique contradicil. An vero cuique  
 credibile videatur, Petrum qui prior aduenisset,  
 qui Circumcisioni docenda p̄fectus esset, bac de  
 re obmutuisse? Quorsum denique Paulus, qui qui-  
 bus locis Petrum viderit & conuenerit recenset, ac  
 nominatim *Antiochiam*, hunc in celeberrima to-  
 ius orbis ciuitate occursum tacitus prateriret?*

Sin verò Petrus Paulum secutus est, ut taceat  
 mirum videri tantæ rei silentium: falsa erit legen-  
 da, quæ vocant, quia tamē papatus nicitur. Quod  
 autem alicubi falsum esse conuincitur, alijs etiam  
 locis merito falsi suspicione laborat. Eadem etiam  
 histria simul capitatis suppicio affectos fuisse do-  
 cet. Canon etiam eundem annum, diem, horam af-  
 signat. Eusebius tradit, unum capitis, alterū cru-  
 cis suppicio affectos. At Linus qui Pauli passionē  
 descripsit, quem Petri successorem fuisse volunt,  
 de Petri martyrio ne grī quidē. Ille Linus succe-  
 sorem nominat, hic Clementem manult. Denique  
 quo tempore venerit aut morte obierit, quo ne ge-  
 nere supplicij, & quo relicto successore, nulla de-  
 vique in re consentiunt. Nec eos pudet fidei Chri-  
 stiana firmitatē legenda suæ fidei cōmittere. His  
 toti argumentis unicum habent, quæ non sine pu-  
 dore possunt obiscere scripturæ locum, ex priora  
 Petri epistola extrema: Salutat vos ea quæ est  
 Baby.

Linus in  
 passio. beati  
 Pauli.

Babylone Ecclesia. Ego vero non nego, Eusebium, Cedam, Hieronymū hanc epistolam Roma scriptam ex hoc loco interpretatos fuisse, & quod dant accipio, se nullaratione sedī Romane autoritatem ex scripturis afferere posse, quin ex ipsius Petri verbis eam Babylonis elogio insigniant. Quod si excipiunt, receptam esse & vulgatam opinionem, Petrum Romæ fuisse, ut variis & nuntiantur quis recensui sententias prætermittat: respondeo, non hic queri de opinione, sed de fidei articulo, cui alij non paucis superstruantur. Addo etiā Hieronymū Romanū præbyterū in explicando hoc loco, Mitto ad vos Prophetas, sribas, &c. proferre Stephani lapidati, & Petri à Iudeis crucifixi exempla. Papatum denique colligo opinione mīti, non certo & indubitate fidei articulo.

Age tamen & nos Romæ fuisse subscribamus: (hac enim sola de causa contendō, ut infirmissimū esse ostendam id in quo illi suum præcipuum robur constituant.) Nunc quero, Apostoli sine an Episcopus eo venerit? Si tanq; Episcopus aut presbyter (hæc enim vñ idemque munus denotant) suo quemque oppido & Ecclesiæ affixum fuisse appetet ex actis & Epist. ad Titum. Qua ratione Romanus Episcopus in alios nullum ius sibi tribuere potest. Ius enim quod quis nullum habet, in aliū transferre non potest. Adhæc qua de causa Paulus potius sibi Episcopum non præficiunt, quem multo isthic tempore Christum prædicasse constat? Quid præterea Episcopo Antiocheno respo-

Aet. 14. &  
Tit. 1.

K iiiij suri

sunt, qui potiore iure quam Romanos sacris  
videlicet tabulis nititur? Si quis enim praeclaram  
illam ἀποχελυφη quæ apud Grat. extat de sede  
Petri Antiochia Romam transferenda, obtrudat,

et q. r. Ro-  
gemus.

Gre. in Reg.  
991. ad Eul.  
Alexand.

non sine risu somnijs instar excipietur. Et quid ob-

secro fiet ipsi Gregorio, qui par cum Romano iure

Alexandrinum & Antiochenum episcopos Petri

successores statuit, inque Petri cathedra collocat?

Rursum si ut Apostolum venisse malunt, aposto-

latum non fuisse vnius oppidi, provinciae aut gen-

tis ministerium, sed omnium quaqua patet orbis

populorum, quis nescit? Cuitamen si quis terminos

præfigere velit, Dei spiritum mensorem sequatur,

qui Petri apostolai Iudeis, Pauli autem gentibus

cōsecravit: Hoc (inquit Hieron.) ad gentes misso,

Petro autem singulari Dei prouidētia in Iudea col-

locato. Inde autem efficietur, quibuscumq[ue] locis Pe-

trus docuerit, totidē primatus iure donatos fuisse:

atq[ue] ita non iam unus sed immuneriprimatus no-

bis emergent. Item Romanensium successionē ad

Paulum potius quā Petrum referri debere, quum

Roma inter gentes censeatur. Adhac illa omnia

quæ ad Petru[m] referuntur loca perperā ab ipsis usur-

pari, à quo non censeatur successionis propagatio.

Card. Cusa.  
I. 2. de conc.  
Cath. c. 13.  
Marfi. Pad.  
I. 2. c. 17.

Aliquid amplius dico, nēpe Cardin. Cusan. palam

asserit, omnes sine discrimine episcopos Petri suc-

cessores esse, ex quo efficitur, & sedis ipsius priuile-

gio donatos esse: quorū si quis errare potuerit, &

alios in erroris periculo versari non sit alienum.

Si Petrum dicant Romanam Ecclesiam fundasse:

fal-

falsum dicunt. Multo enim ante tempore quam Rom. 16;  
 ipsi constituant, Paulus scripsérat, Romanorum  
 fidem per vniuersum orbem prædicari. Si eo solo  
 nomine, quod isthic est mortuus, idem de Paulo &  
 quidem expresso Dei mandato Romanam profecto  
 afferere promptum est. Addo etiam, à Hierony- Hieron. in  
 mo in Iudea crucifixum doceri. Denique certum Mat. lib. 4.  
 est, Ioannem Apostolum alijs omnibus Aposto- c. 23.  
 lis superiuxisse: Triginta autem post Petrum annis  
 superstitem fuisse, si chronologiam eorum admitti-  
 mus. Is postremus omnium scripsit, & Petro  
 Christum prædixisse narrat, quod sua ipsum mor-  
 te glorificatus esset. Verum locinon meminit,  
 ex quo Pontifex gloriaretur: quod tamen silen-  
 tio non obrui totius mundi intererat: siquidem ex  
 isto primatu & stare debeat & cadere Ecclesia.  
 Verum enim vero respondeant iterum, quis Petri  
 hæreditatem adire velut, Romanâne Ecclesia, an  
 Pontifex ipse. Si Romana Ecclesia, quod illi cæ-  
 dere videtur Calixtus Papa: quorsum obsecro de Can. non  
 Papa uno, homine uno, una personali successione dicet. dist. 12  
 controuertitur? Ecclesia enim corpus est. Corpus  
 autem non nisi successione quodam insui partibus  
 interit: ei porrò qui ab interitu est immunis, nec  
 successore opus est. Si Papa se hæredem profite- Mag. Tom:  
 tur, despat Ecclesia Romana se caput Ecclesiæ di- Par. lib. de  
 cere, nec illud Sorbonicum usurpet, Petri ca- potest regia  
 thedra propter Ecclesiam, non Ecclesia & Papali.  
 propter Petri cathedram. Est enim & ipsa Literæ A.  
 pars hæreditatis. Adhac quaro, quid futurum sit  
 eccl. 6.c. 13

Ecclesia, & ipsius ministerio, si quando contingat  
caput ipsum haeresi aut atheismo laborare: si (quod  
non semel accidit) schismate lacera totos triginta  
aut quadraginta annos sine pontifice maneat æve-  
nientia: si Ioannam aliquam Papissam Petri sedem  
occupare contingat, &c. Et qui priusquam nobis  
respondendi partes suscipiant, id dissidium inter se  
componant oportet. Porro prius Dei benignitate  
euauerit hæc successionis larva, quam hac de re  
transactum inter eos fuerit.

Qui anquam autem uno verbo prosterni posset  
tota istorum causa, quod ne verbum quidem  
ex iure sacro proferant: Iunat tamen seriem tem-  
porum persequi, & expendere quam merito ius  
humanum sive positivum pratexant.

Petrum sub Nerone crucifixum fuisse asse-  
runt anno Domini sexagesimo nono, cui suc-  
cesserit Clemens: alij Linum malunt. Hec  
si vera sunt, & suppositiis Clementis libris  
credimus, Ioannes atque adeo Iacobus ipse Cle-  
menti ut Ecclesiæ capiti paruerunt. Petri enim  
auctoritati succedebat, in qua pontificibus no-  
siri seculi cedere non potuit, qui Paulinarum  
Epistolarum auctoritatem pro arbitrio figunt  
& refugunt. Rem suspendam, veterem illam  
Ecclesiam cum de constituendo sacrorum libro-  
rum Canone cogitaret, quorum inviolata esset  
in Ecclesia auctoritas, Iacobi & Ioannis monu-  
menta collegisse, Clementis autem libros præte-  
rysse, qui ex Petri cathedra iure Spiritus sancti  
hares

Concilium  
Gallicanum  
anno domi.  
1407. &c  
1408.

haeres vel præcipuus esset. Nec minus stupendum, successionem usque adeò necessariam Ecclesiae tam nibili visam fuisse Clementi, ut in ea quam ad Iacobum Hierosolymorum Episcopum scripsit Epistola, Iacobum nominet fratrem Domini, Episcoporum Episcopum, tum Ecclesiae Hierosolymitanæ, tum aliarum quæ tota sunt mundo rectorem. Verum terque quartaque stupendum, ea esse nonnullos impudentia in tanto disciplinarum & litterarum splendore, ut Papatum ex iatis Clementis libris stabilitant: in quibus (sic fuerunt in falsitate stupidi) Clementem fingunt Petro morino ad Iacobum scribere, eumque Domini institutionem docere: cum ex scripturis sit perspicuum, Iacobum multo ante tempore martyrio fuisse decoratum: Et ut superiles fuisset, haec potius Clementem docere, quam ab eo doceri debuisset. Atqui hoc præcipue auctores suam sententiam tuentur. Pergamus.

A prima usque origine Christianæ Ecclesiae Symbolum Apostolicum retinemus. Isthic autem Ecclesiae Catholicæ fit mentio. At nusquam legitur articulus ille fidei à Bonifacio octavo promulgatus, Quod omni creaturæ, subesse Pontifici Romano, est de necessitate salutis.

Episcopus unus est, inquit Cyprianus, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Idem in sententijs Episcoporum referendis: Nemo nostru (inquit) Episcopū se Episcoporū cōstituit, aut tyrannico more ad obsequiandi necessitatēm

Cypr. in lib.  
de simplicit.  
prælatorū.  
Idem lib. 1.  
Epist. 3.

tatem collegas suos adegit. Quilibet enim  
habet potestatis suæ liberum arbitrium. Et  
alibi: Nisi paucis desperatis & perditis mi-  
nor videtur esse auctoritas in Africa con-  
stitutorum quam Romanorum. Quibus ver-  
bis arguit prophanos quosdam & schismaticos,  
qui ad Episcopum Romanum configiebant. Et  
sane Stephanum & Cornelium Episcopos Roma-  
nos fratres & collegas vocat, ac Stephanum mul-  
tis locis acriter pungit. Denique Africana Ec-  
clesia paulopost ipsius martyrium in concilio Car-  
thaginensi decreuit, ne quis se principem sacerdo-  
tum aut primum Episcoporum diceret: sed tan-  
tum pro oppidorum dignitate primæ sedis Episco-  
pum. Ireneus autem Victorem Romanum Epis-  
copum severè coercuit, qui propter illud de paschate  
disidium ambitione quadam impudentia Asiati-  
cis Ecclesijs communione interdixerat. Illi, in-  
quit, omnes ante Soterem presbyteri, qui Eccle-  
siæ, cui tu Victor nunc præs, sacerdotium tenu-  
runt, Anicetum dico & Pium, Hyginumque, &  
Thelephorum, & Xistum, neque ipsi ita tenuer-  
runt, neque hi qui cum ipsis erant. Tertullia-  
nus, qui alioqui nihil non Petro tribuit, Episcopū  
Romanum & que iam tum se exerebat ambitio-  
nem subsannat, ac quamquam alicubi longum de  
Romanæ Ecclesiæ laudibus catalogum pertexat:  
eam tamen, quæ si vera esset, præcipuo loco cen-  
seri merito debet, nullo modo attingit, nempe ex  
Petri successione indubitate am esse Spiritus sancti  
sedens

*Fedem. At hi ipsi sunt inter reliquos antiquitate  
conspicui, & quorum præcipue temporibus Ec-  
clesia floruit.*

*Constantini seculo Ecclesia quo plus liberta-  
tis, eo etiam plus habuit ambitionis: de martyrijs  
securi tyaras & diademata ambire cœperunt.  
Tum temporis Constantini imperatoris autho-  
ritate coactum fuit Nicenum concilium, qui de  
Arii dogmate statueret. Aderant legati Romani  
Episcopi, sed quarto demum loco assidentes. De-  
creto præfixi sunt sui Patriarchis limites: Canon  
autem parem cuique authoritatem attribuit,  
quam Episcopus Romanus de more haberet in  
Eccleiam suburbicariam, ut loquitur Ruffinus.  
Huius concilij canones miris artibus peruertere  
conatis sunt, ut historiæ testantur. At Cardinalis Lib. 2. c. 112  
Cusanus & huius synodi meminit, & quod ve-  
rum est agnoscit his verbis: Apud antiquos  
frequenter Episcopus Romanus vocatur  
Patriarcha, vel Archiepiscopus, & verè in  
Niceno concilio æquatur reliquis Patriar-  
chis. Hinc videmus, quantum Romanus  
Pontifex ultra sacras antiquas obseruationes  
ex usu & consuetudine subiectionalis obe-  
dientiæ hodie acquisiuit. Illi tamen decreto nō  
*Iulius, non ipsius legati reclamarunt, non patri-  
bus media synodo illud suum Tibi dabo, &  
Pasce oves meas reposuerunt: (neque enim tam  
accurate istis euoluendis studuerant). sed concilij  
decreto steterunt: quod & Antiochenum & Con-**

Can. 6. Nisi  
cen. Synodi

Cone. Ant. c. 23.  
Concil.  
Const. a. 26

*flanti-*

stantinopolitanum exinde confirmarunt. Ad  
hæc tempora referunt sylvestriam illam Constantini  
Sylvestro donationem, quam doctissimorum vi-  
vorum styllo iampridem confessam soli nunc in-  
docti admittunt. Si tamen fidem nonnullis facit  
asseruatum in Vaticano διολόγαφον: hæc quoque  
credant, quæ totidem verbis parum Latinis li-  
brarius ad finem apposuit: Quam fabulam  
longi temporis mendacia finxit. At si in hu-  
ius rei testimonium Pontificis Sylvestri legen-  
diam audiant: admittant etiam quod eadem subi-  
cit, vocem è cœlis auditam proclamasse, Hodie  
effusum est venenum in Ecclesiam.

Primo & altero Concilio Ephesino Cyrillus  
& Dioscorus Patriarchæ Alexandrini præfue-  
runt, adessent licet Pontificis Romani legati. Ac  
frustra excipiunt, secundum illegitimum fuisse:  
hoc enim denum ex enentu comprobatum fuit:  
Et nobis abunde sufficit, quod initio & quā tarq;  
in maxime legitimo receptæ ceremoniæ usurpare-  
tur, nec Leo Episcopus, nec ipsis legati de prima  
sede contèderunt, q; iure non satis solidò se nisi sen-  
tirent. Porro Chaicodonensi Cœcilio sub Martiano  
Imperatore Romanus Episcopus Leo præfuit, sed

Leo Papain Archiepiscopinomine cū alijs insignitus. Addi q;  
Epist. 45. hanc ab Imperatore & Imperatrici præfecturam  
Socia hist. Eccles lib. 5. an. bultisse recenset historia. Quod Ephesino altero  
820. apud. Alexadrinus Patriarcha Discor<sup>o</sup> autoritate sua  
abusus, Euticheris de quo agebatur hæresim appro-  
basset. Quod autem quis precario petit, argumento  
est

est nō ex iure deberi. Alioqui si ex unius synodi  
præfectura ius perpetuum cōparatur: idem Alexā-  
drinus Episcopus Cyrilus ex synodi Ephesinæ or-  
thodoxæ pœdia cōparasset. Quamobrē illius suc-  
cessor quī in quinta synodo Constantiop. Menas  
loci Patriarcha præcesset, nihil cōtestatus cessit. A-  
quileæ cōcilio œcuménico præfuit Ambrosius, nul-  
la facta Romani Episcopi, in ipsa licet Italia co-  
alium esset, mentione. Ecce vero tibi controvener-  
siam decisam synodi decreto, partibusque virisq;  
auditis. Romanus Episcopus Patriarchatus no-  
mine multa sibi arrogabat in Ecclesiis Africanis,  
adeo ut inde ad eum præsidij causa schismatici cō-  
fugeret: Eam ob causam concilii Mileuitanū An-  
gustini aliorumq; Patrum præsentia celebre eos ex-  
communicatione damnauit qui ad Ecclesiis trāfma-  
rinis prouocaret. Id Romanus Episcopus ager fe-  
rēs, in Carthaginensi Cōcilio sexto, cui præsens in-  
tererat Augustinus, ius suum afferere conatus est:  
Paque controvēsia tam diu venilata est, ut Zo-  
sinus, Bonifacius, Celestinus Episcopi Roma-  
ni hoc ita coatto cōcilio alijs alijs successerint. Quo-  
rum quum legati adessent, nihilominus Aquelius  
Carthaginensis Episcopus præfuit: in hancque sen-  
tentiam decretum fuit, ne Romanus Episcopus eos  
admitteret qui ab Episcopis Africanis ex cōuni-  
tarentur: neve ab his damnatos appellantes audi-  
rent: qui vero prouocarent, pro excommunicatis  
haberetur. Synodus porro bis rationibus qua sy-  
nodalib; ad Celestīnū Romanū Episcopum litteris  
expli-

Leonis  
Epist. po-  
siceram, &c  
Multa mībl  
in omnibus.

1. Volum.  
Concil. in  
Cōcilio Mi-  
leuitano &  
Cōcil. Car-  
thagin. 6.

Cap. 105.  
Concilij  
Cartha. 6.

explicantur nitebatur. Nullo adhuc concilio id  
fuisse decretum: *Quin potius à Niceno Clerum &*  
*et eiusque Provincie Episcopos Metropolitanus in*  
*curam tradi: Cuique Provincie non defuturam*  
*Spiritu sancti gratiam ad dijudicandas controvre-*  
*sias: Licere quibusvis qui sibi fieri iniuriam existi-*  
*marent, synodos Provinciales appellare: Ac ve-*  
*ro similius esse, non denegatum iri Dei afflatum*  
*multis simul congregatis presbyteris, quam uni-*  
*co homini. Et quoniam Episcopus Romanus age-*  
*bat de suis legatis mittendis in rem praesentem,*  
*qui coram de controvresijs cognoscerent: respon-*  
*derunt, nullam extare synodus quae id decre-*uit**  
*uisset, nec rem etiam ita habituram. In illo Con-*  
*cilio in quo per tempus licuit accuratas tuendi sui*  
*iniris rationes meditari, Primum iure diuino*  
*defensum non comperies, ac multo minus eam*  
*quam vocant plenitudinem potestatis. Evidenter*  
*ut de illa controvresia statueretur, scripturas ex-*  
*cutere non visum est: in quibus ea omnia reper-*  
*riri Augustino, si quidem vera fuissent, promp-*  
*tum erat: Sed quatuor tantum Niceni concilij*  
*& Utopaca in totidem Patriarcharum sedibus*  
*asservata. Attamen Gratianus ille decreti inter-*  
*polator usque adeo stulta malitia abreptus fuit, ut*  
*in describendo illo Canone Carthaginensis concilio,*  
*ne vltra mare prouocaretur, Romanum Episco-*  
*pum excipiat, cuius causa lex rogata fuerat, ra-*  
*tionibus omnibus quas proferebat auditis & ex-*  
*pensis. Et erit scilicet Decretorum & Canonum*

Can. placuit  
3. q. c. 4.

ancthoz

æueleritas inconcessa, que ab istis ea fide proferebatur. Concilio Carthaginensi, quod Mauricio Imperatore circiter annum 600. convenerat, Conc. Carth. 7. banc de primatu questionem serio agitata le-gimus: quod Ioannes Episcopus Constantinopolitanus Mauricij gratia fatus, & Constantinopolitanæ ciuitatis dignitate, Episcopum se Episcoporum, & Episcopum universalis proficiebatur. Huius partibus fauebat Mauricius, ut antiquam Romanæ exauuthoraret, imperio in Orientem translate: & Italia in prediam Septentri-nalibus populis obiecta. Legantur concilij illius Canones: Anathema pronunciat non Episcopum Constantinopolitanum, sed absolutè quotquot Episcopi universalis titulum usurparent.

Vetusiores Conciliorum illorum memoria pa-tres etiam Latini, Episcopatui Romano addic-tissimi ob Patriarchatus vicinitatem, idem nobis testantur. Athanasius alioqui Römanæ sedi de-tinctus, à qua exul perhumaniter exceptus fue-rat: Omnes, inquit, beatissimi Apostoli pari honoris & potestatis consorcio præditi.

Hieronymus Romanus presbyter: Si authoritas queritur (inquit) orbis, maior est urbe. Quid mihi profers unius urbis consuetudinem, quid paucitatem de qua ortum est supercilium in leges Ecclesiæ vindicas? Vbi-  
eunque fuerit Episcopus, siue Romæ, siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Rheygij, eiuldem meriti est & eiusdem sacerdotij.

Athan Epis.  
ad Liberum  
Episcopum  
Romanum,

In epist. ad  
Euandrum,

Potentia diuitiarum & paupertatis humilitas superiorem vel inferiorem Episcopum non facit. Ceterum omnes Apostolorum successores sunt. Item, Singuli Ecclesiarum Episcopi, singuli Archipresbyteri, singuli Archidiaconi, & emnis ordo Ecclesiasticus suis ordinibus nicitur. Quum de unitate sermo esset institutus, consequens erat, ut Episcorum Episcoporum nominaret, qua de re mirum silentium. Historiam scriptit Augustinus, quae totam hanc controversiam dirimit. Donatus à Casis nigris, à quo nomen sumpserunt Donatistæ, grauissimè Cecilianum Episcopum Carthaginem accusarat: Constantius Imperator hanc causam mere Ecclesiasticam ad Miltiadem Romanum Episcopum referat, coniunctis aliquot alijs Italicis, Gallicis, & Hispanicis Episcopis. Quod si iurisdictionis ordinariæ fuisset, nullo Imperatoris mandato opus fuisset, consilij socios eligere, nō ab alijs electos admittere debuisset. Verum aliquid etiam amplius: Donatus damnatus Imperatorem appellat: is appellationi discutiendæ Episcopum Arelatensem præficit, qui Romani Episcopi iudicium vel probet vel improbet. Nam in hoc facto quaro (quod bic imprimis maximi est momenti) ubi primatus, ubi iurisdictione unde applicare non liceat, ubi de prouocationibus omnibus iudicium, & quam tantopere urgent, potestatis plenitudo? Et hic tamen Constantius fuit, de quo tantopere gloriantur, quique ut ipsi referunt,

Ad Nepotianum.

140

*Suo se imperio abdicauit, cui eos præficeret. Nunc*

*age Chrysostomum audiamus. Quicunq; (ait) ex Episcopis desiderabit primatum in terra*

*inueniet confusione in cœlo, & qui primus esse concupiscet, non erit in numero seruo-*

*rum Christi. Gregorius Magnus Episcopus Romanus, quo tempore Constantinopolitanus primatum sibi vendicabat, non excipit aut Petro iniuriam fieri, aut Romanæ sedis ius inuadi: Ve-*

*rum scelestum ait esse vocabulum, profanum, fri-  
uolum, sacrilegum, superbum, præambulū Anti-  
christi, illū imitari, qui spreta Angelorum societate  
ascendere conatus est culmen singularitatis: Nul-  
lum vñquā suorum prædecessorum hoc vñquam  
vocabulo vñi voluisse: Si vñus Episcopus voce-  
tur vñiuersalis, Ecclesiam vñiuersam corruere,  
vbiille vñiuersalis cadit: In isto scelesto vocabu-  
lo consentire, nihil aliud esse, quam fidem perdere.*

*His & similibus hanc tandem vocem si bijcit: Can. Nub.  
Ego autem fideriter dico, quia quisquis fe- lus. ex epist. Pelagij Pa.*

*vñiuersalem sacerdotem vocat vel vocari pæ.  
desiderat, in elatione sua Antichristum pre-  
currat, quia superbiendo se cæteris præ-  
ponit. Ipse sane plane repudiatur, Eulogiumque Epist. ad Eu-  
Episcopum Alexandrinum obsecrat, ne super- log. li. 7. 300  
bum hunc ipsititulum deferat. Alexandrinum &  
Antiochenum in eadē, cum Romanis, Petri ca-  
thedra sedere agnoscit: Petrus, at, Apostolo-  
rum primus, membrum est vñiuersalis Ec-  
clesie: Paulus, Andreas, Joannes, quid aliud*

L ij                  quam

Chrysost.  
hom. 43. in  
March.

Greg. lib. 4:  
ep. 76. 78.  
80. 85.  
lib. 6 epist.  
183. &c. 194.

quam singularia sunt plebis capita, & tamē  
sub uno capite Christo omnes membra?  
Hic ego à lectoribus peto, vt Gregorij de hoc  
capite epistolæ legere ne grauentur: illie enim  
genius in papatum iudicium reperient, qui in ipse  
descripserim. In summa, Synodos Catholicas  
Imperatores indixerunt, Provinciales & Na-  
tionales, Patriarchæ & Metropolitæ: quorum  
singuli in sui Patriarchatus sede præsuerunt: non  
autem Catholicus sive Romanus Episcopias sive  
ipsius legati. Pallia sua neque Patriarcha neque

Gre. Anast. Archiepiscopi Roma non accesserunt, sed ex  
lib. 1. epist. canonibus in medijs Ecclesiis electi fuerunt. E-  
25. & lib. 6. piscopus Romanus, quod ex iis Gregorij episto-  
lis apparet, ex aliorum more dum vocaretur, sy-  
nodali epistola fidem profitebatur. Quisque in  
suis iis Ecclesiasticæ censuræ retinuit: neque ex  
Episcopis quisquam Romanam sedem appellavit,  
nec ex transmarinis quidem regionibus, in quibus  
nullus erat Patriarchatus. Age igitur, quibus  
tabulis probabunt in vetere Ecclesia primatum  
vel iure humano, & ut ipsi loquantur, positivo?  
Attamen seriem temporum & Conciliorum per-  
secuti ad annum usque Domini 600. perueni-  
mus, eaque tempora attigimus, quibus denum  
Phocas Mauricio Imperatore sublato, imperium  
innasit: tamque nefando parricidio perpetrato, vt  
Romanorum gratiam sibi conciliaret, Bonifaciu-  
tertum ipsorum Episcopum in suas partes per-  
traxit, caputque Ecclesiæ & Episcopum Episco-  
porum

porum dixit, quod tamen Gregorius, ipsius praecessor tanta contentione oppugnare at. Sitamdiu Ecclesia capite caruit, quid interea membris factum est? Si tum Christus caput erat, cur nunc esse desit? Ecquid obsecro, quum Romano Episcopo nondum id tribueretur, tantus erat Ecclesiae vigor: ab eo tempore, sensim collapsa sunt omnia? Et cuinam verisimile videatur, veteri Ecclesie, salutarem hanc doctrinam ignotam fuisse, nec Scripturis expressam, que a Bonifacio demum tertio Pontifice primum inuenta sunt? Tam necessaria scilicet priuilegia sexcentos annos abscondita delituerunt, felicissimis temporibus, & viris omnium qui usquam aut uspiam fuerunt oculatissimis. Tot scilicet Christiani Imperatores ea pro nibilo habuerunt: & Phocas ille detestabilis parricida primus omnium sanxerit? Nimirum Papatum ex veteris Romae ruderibus, & alteram bestiam ex prioris cadavere exsurgere oportiebat: atque ideo Romani Episcopi primatus fundamen-  
ta non fecerunt ac primi regis fuso à parricida san-  
guine, macerari conueniebat.

Enimvero Conciliorum quæ protulimus de-  
cretis istos nihil pudet opponere preclaros illos,  
quorum meminimus, Clementis libros, ridiculam  
illam Anacleti epistolam, Cepham &c. nequaquam  
dici: authenticam Marcelli Papæ Apocalypsim,  
de sede Petri Antiochia Romam translata, quæ-  
quidem omnia sannis & cachinnis explodunt ip-  
orum nonnulli: Addunt & Leonis epistolam, qui

Distr. 22 c.  
Sacrol. 11.  
q. 1. cap. 10.  
garanus.

Card. Cus.  
lib. 2.

L iij sibi

sibi quantum poterat arrogabat in Ecclesia Latina.  
 At quis indicem ferat de sua ipsius causa pronunciantem? Quod si ex Gersonis & Panormitanis sententia, vellaicus unus scripture fatus universo Concilio ab illis descendenti aduersari potest: multo magis id licet veteri universae Ecclesia, sexcentorum annorum Conciliis aduersus unius hominis tyrannidem sola sua ambitione elatum, scripturamque opponere Pontificum nonnullorum ementito vi plurimum antiquiorum illorum nomine decretalibus epistolis.

- Rom. Episc. ambio. Neq. vero hæc idecirco à me dicuntur, ut Romanos Episcopos negem iam à multo tempore spiritualē monarchiam meditatos esse, externa illius exemplo illeto. Deicenim Ecclesia, inquit Aug. iam ab Abele, Babylon autem à Caino initium habuerunt: Sic iactis Ecclesia Christianæ fundamentis, dubium non est, quin Satan primo quoque tempore Antichristianismi fundamenta posuerit. Paulo adhuc superstite, mysterii illud iniquitatis 2. Thess. 2. cœperat, cum hic se Apollos esse, alter Pauli, ille vero Cepha dicitaret. Vider Romanus Pötifex Asiam universam propter illa defensio Paschatis controuersiam anathemate ferire non dubitabat: nisi grauissima reprehensione conatus eius Iren. ep. 24. fregisse Irenæus. Stephanus quoque cum Schismatice Africanos admitteret, abs Cypriano suus epist. 6. perbum & imperitum audiebat. Africanum vero concilium eiusmodi conatibus serio se opponebat. Constantino Imperatore Iulius Imperium moliebatur:
- Euseb. lib. 3. cap. 20.

batur: At Nicena synodus eū ad aliorū normam  
renovans illius potestati limites p̄fixit. Quin &  
Concilio Carthaginensi sexto, cui Augustin. inter-  
fuit, ea fuit trium Romanorum Episcoporū in-  
pudentia, ut pro Nicenæ synodi decretis, Sardicē-  
sis consilij articulos eosque deprauatos & falsatos  
proferentes falsi crimen incurserent: quibus iam  
rum hoc curabant, ut Romanū Episcopum un-  
dequaque liceret appellare. Verum Concilij patres  
testimonijs eiusmodi fidem abrogāūt, ἀλογραφα  
inspicienda curarunt, ijsque inspectis in contra-  
riam sententiam prouincierunt. Leo primus Eu-  
tychetem ab Flaviano Constantiopolitano dam-  
natum admisit, & tutarus est, sicq; erroris stabili-  
endo occasiōne dedit, quæ statim alioqui nullo ne-  
gocio opprimi potui: sed auctoritatis huius vſu-  
pationem qui probaret inueniūt fuit nemo. Quid  
amplius? Ea fuit Chrysostomi memoria ambicio-  
sa concertatio, ut Romanos Episcopos queratur  
primatus obtinendi causa, templo sanguine, cæna  
Domini cœribus conspurcasse, integra denique  
oppida euertisse. Quid si quis lectione delectetur  
bellorū ciuitum (sic enim vocant) quibus He-  
ronymi citate Damasus & Ursinus, uter Ro-  
mæ Episcopus foret, ut & postea Laurentius si-  
mul & Symmachus decertarunt: Is Ruffum,  
Amianum Marcellinum, ino & librum ipsum  
Pontificalem aleat. At qui quo:quot in vetere  
Ecclesia de Primatu concertationes ad Phocam  
v̄sque parvitudam excūtarunt Romani Episcopi,

Conc. CAR.  
thug 6. cap.  
5. 4. 102.  
105.

Ruffi. l. 11.  
c. 10. hil. 1.  
Ecc. c.  
Amianus  
Marcel l. 27  
Liber Pou-  
t. 10.

to iudicem extant argumenta, immo aduersus eos varijs seculis latæ sententiae: cum causa semper ceciderint, quantumvis illam & animoso & accurato patrocinio defendent.

Roma qua-  
tenus primi  
locum obu-  
nuit.

C. primitus se-  
dis & c. nul-  
lum d. 29.

Sed enim excipient, Romanum Episcopum pri-  
mum sicut locum inter patriarchas tenuisse: quod  
quidem faceor: verum id eo factum esse consilio,  
ut in alios imperium haberet, hoc vero pernega.  
Disertis enim verbis canetur, ne se Episcopum  
yvniuersalem, sed primæ sedis Episcopum profi-  
teatur. Aliquid amplius dico, non e nomine id  
obtinuisse, quod Petra successisset: multo minus  
quod illis Scripturæ locis niteretur: sed quod ne-  
cessariò in rebus humanis ordine, primum secun-  
dumque locum constitui necesse esset, primæ autē  
partes illi attributa fuerunt, quod alias vrbes  
Roma dignitate longo intervallo superaret. Et  
enim si ex Scripturis hoc ius repetitur: Tanta  
mysteria sexcentos annos Ecclesiam latuisse mi-  
rum est. Si in primi architecrationem habitam  
esse velint: Cur id potius quam Antiochenæ  
Cusan. l. 1. aut Alexandrina tribuitur, ex Gregorij senten-  
c. 6. & 13. tia, aut alijs quibuslibet Episcopatibus, vt Cusa-  
nus argumentatur, dum omnes Episcopos Petri  
successores esse afferit, administratione licet dissi-  
miles, essentiali tamen dignitate pares? Quod ab  
ipsis etiam Episcopis Hispanis Tridentino Conci-  
lio disputatum fuit. Age vero quorsum Hiero-  
solyma, cui sedi salus ipsamundi praefuit, quanto  
demum loco statuuntur: ac non potius primario  
digni-

Greg. reg. 91  
epist. ad A-  
lexan. Episc.  
Cusan. l. 1.  
c. 6. & 13.

dignitatis gradu insigniuntur? Aut cur Antiochiae, in qua Petrus Episcopum egit, Alexandriam infra deicatur, que tamen sola Marci ipsius discipuli successione gloriatur? Et quid obsecro in istos sceleris admissit Ioannes ille dilectus à Dominio discipulus, quū Ephesinæ, in qua tam multo tempore docuit, ne locum quidem inter Patriarchatus reliquerit? Aut quis tandem, obsecro, nonius Apostolus 300. à Christo passo annis Constantinopoli fundamenta posuit, cui dignitas sedis à primo proxima tribueretur? Veram neminem esse existimo, si modo non sit indicij expersus, qui non facile animaduertat hanc sedium præeminentiam ad virium dignitatem & præstantiam esse referendam: ad quam, dum constitueretur Christiana religio, erant euenit.

Enim vero Roma tum erat Imperij sedes, totius orbis lumen splendidissimum, Musarū domicilium: Illic siebat omnium, quaqua patet orbis, nationum concursus. Ea ipsa de causa in synodus suis Episcopi civili quadam honestate primum Episcopo Romano locum tribuebant. Nec minima ex Historijs constat, Alexandriam & Antiochiam, proxima post Romanam dignitate celebres fuisse: & quem præfeci gradum tenerent, eundem & Episcopos tenuisse. Fuit quoque Heraclio solmis aliquid præstaniæ concessum, tum propter puræ religionis originem, tum etiam quod nō postremo celebritatis gradu sitæ essent: ut quas Plinius caput & celeberrimum totius Orientis

*Imperium vocet: At splendore illo evanescente,  
sua quoque perire illi dignitas. Constantinopolis  
deinde exadificata nouæ Romæ appellationem*

*Soror. hist. sortita est: Tum ergo Concilium Constantinopo-  
Tripart. 1. 9. Itanum 600. Episcopis insigne secundum ei lo-  
c. 13. 22.  
Distinct. c. cum attribuit, non architecti gradu, sed verbis  
Constant. p̄ficiantia adductum: qua eadem de causa hanc  
Archæa 13.  
illī dignitatem Justinianus Imperator confirma-  
uit. Aquilea quoque in Italia altera Roma dicta  
fuit: Itaque & ipsa Patriarchatum obtinuit.  
Quin & ipsa Ravenna non paucis annis Romæ  
nullo modo subdita suos sibi Cardinales habuit.  
Ac Venetiis paulatim assurgentibus, Patriar-  
ebatus quoque de Grado attributus est. Si quis  
denique varias regiones cogitatione percurrat,  
id unum in constituendis Patriarchatibus &  
Archiepiscopatibus spectatum fuisse animaduer-  
set. Hoc illud est quod ait Lucinus Pontifex*

*Distinct. 20. à Gratiano citatus. Primatus Ecclesiæ ex or-  
dinе temporali politiæ constitutos fuisse.*

*Distinct. 21. in  
Decret. Deceas.  
Quin & ipse Clemens Papa, ubi (inquit) Flami-  
nes & Archiflamines, ibi Episcopi & Ar-  
chiepiscopi constituti fuerunt. Quod idem*

*quarto sententiarum libro totidem pene verbis  
repetit Lombardus. Concilium Chalcedonense,  
dist. 24.  
Concilium  
Chalc. ea. 1.  
quo Constantinopoli secundæ sedis dignitas con-  
firmata fuit, in hanc sententiam edicit: Merito  
Patres primæ sedis prærogatiuam veteri  
Romæ Imperij causa concesserunt: Ac nos  
etiam eadem causa adducti nouæ Romæ  
secun-*

secundum gradum tribuimus. Eiusdem por-  
rò Concilij actione 12. Nicee & Basianopolis  
Episcoporum alteratio ciuitatum dignitate nitit-  
ur. Quamobrem ut semel concertationibus eius-  
modi ansa præcideretur, Decretum in hæc verba  
conscriptum legimus : Quæcumque ciuitates  
iam litteris Imperialibus Metropolitani no-  
minis honore subhixæ sunt, honore tan-  
tummodo eo perfruantur, & qui Eccle-  
siam eius gubernat Episcopus, &c. Hic  
autem aliud adiicit Taurinense Concilium in hæc Cap. 1.  
verba : Qui comprobauerit suam ciuita-  
tem esse Metropolim, is totius Provinciæ  
honorem primatus obtineat. Denique trans-  
lata nouam Romanam, id est, Constantinopolim,  
Imperij sede : è vestigio videmus eius loci Epis-  
copum sibi primatum tribuere, quem etiamnam  
quà potest retinet. Quin & parricida illo Pho-  
ca Romanum Episcopum universæ Ecclesie  
caput pronunciante : Platina diserte hoc fa-  
ctum testatur eo nomine, quod Roma vetas  
eret Imperij sedes, Constantinopolis autem  
inde deducta Colonia : vel ut aliorum verbis  
vtar : propter principalitatem vrbis. Iam  
ergo perspicuum est, si filium illum Romæ pri-  
matum non Christi insinuto, non Petri priu-  
legio nisi : sed Romuli & successorum, qui il-  
lic Imperij arcem construxerunt : Non, in-  
quam, à Petra, neque à Petro, sed à saxo  
Tarpeio, cui Roma superstrenua erat : quod

Plat. In vita  
Bonif. 3.

Dicit. &c. & ipsi Canonistae, veritate cogente, agnoscunt,  
 95. Holm. in summa videlicet: Quod omnis maioritas & mino-  
 ritas, etiam Papatus, est de iure positivo.  
 & obed. & glos. in cap. Neque vero me fugit Innocentij pontificis decre-  
 ntu. &c. quo necessarium esse negat primatus Eccle-  
 q. 7 piso. fia. mutationem ad Civilis rationem exigere.  
 Card. Cuf. hib. a.c. 13. Verum iam bonus ille vir eo demum tempore sanxit,  
 quum reveretur, nec cum Imperio dignitas in O-  
 rientem transferretur: nec ea valebat inventionis  
 industria, qua successores, qui rationem inuer-  
 erunt, qua ex Occidentalis Imperij ruderibus so-  
 lerni sibi fabricarentur. Adde quod unius homi-  
 nis decretum tot concilijs non est anterendum:  
 quum ipsorum nonnulli negent, decreto illi alato  
 suam expotestate pontificis absolute constare au-

Card. Cuf. thoritatem: verum quatenus Conciliorum Ca-  
 lib. 2. c. 14. nonibus conuenit. Quod si Romane Ecclesie  
 constitutiones & politia alias Ecclesias amplexas  
 fuisse excipient: Illud idem respondebo, quod Theo-

Atic. Sorb. logica Paris. cotta Papato Eo. Marcellinus item Patainensis istud circuiter tem-  
 feruentibus inter Papam & Regem dissidijs:  
 difac. 2. Marcellus Pata- poribus, Papa cum Germanis Imperatoribus  
 nenus in li. defensor bellum gerente, atque idcirco veritate confiden-  
 tias erumpente responderunt: Nempe, Romane  
 exemplim alias inicio secutas florescentibus illic  
 litterarum studijs: non secus ac Aureliana aut  
 Andegauensis academic vt plurimum Parisien-  
 sem unitarij: Et Romanius illud 12. tabula-  
 ram a Gracis mataati sunt. Quemadmodum

AHLEM

autem ridiculum fuisset, eo argumento submixos  
Gracos in Romanos Imperium sibi vendicare:  
Nihilomagis sahere Romanenses, dum hoc iure  
se in alios Episcopos efferunt.

Enim vero quod ad Papæ appellationem attinget, in vetere Ecclesia non omnibus tantum Episcopis, sed & presbyteris communem fuisse norunt, qui in authorum lectione versari sunt. Cuia rei si quis fidem desideret, is Cypriani, Dionissij Epist. Cyp.  
Alexandrini, Augustini, Hieronymi, Sidonij Dionisi.  
Apollinaris, atque adeo ipsius Gregorij epistolæ Aug. Greg.  
& acta Conciliorum eiusmodi testimonij refer- Sid. Apol.  
ta percurrat. Graci quidem certe suos presbyte- Acta Conca.  
ros etiamnum nō dñe, Germani autem (Pfaff.) liorum.  
vocant: quam vocem Germanice lingua periit  
dedicunt à nomine Papa, quod Sicula lingua, au- Suid. in dict.  
thore Suida, patrem significat. Quod ad Pontificis Papas.  
titulum: Irenæus Ioannem summum Pontificem Ath. in pri.  
appellat, Athanasius autem quoslibet Episcopos ma orat. cō.  
Pontifices: Ac Ruffinus Athanasium magnum lib. 2.  
Pontificem: nec quidquam legendis veterum  
monumentis frequentius occurrit. Porro si Cardi-  
nalibus suis glorientur, ne syllabam quidem alia  
significatione in vetere Ecclesia reperient, nisi ut  
presbyter Cardinalis vel Episcopum designet, vel  
in Episcopatu parœciae viuis curatum, ut &  
omnes nostra memoria parœciae aliquis que  
Romæ sit dicuntur vel diaconi vel curati. Ac  
sane in Concilijs, nominatim Carthaginensis ex-  
& Gregoriano, postremo loco sedebant. Porro

Inno-

Innocentius 4. circiter annum 1244. illis Rn-  
bri Galeri, purpureæ vestis, & equitandi privile-  
gii concessit: quod & Paulus 2. anno 1470.  
sua sanctiōne confirmauit. Clemens autem quin-  
tus eo usque progressus est, ut Principibus om-  
nibus dignitate præire iuberet. Hac igitur com-  
menta ad vigentem & floridum Ecclesiæ statum  
non sunt referenda: sed tum denum in lucem edi-  
ta, quum unius hominis ambitioni prostrata ia-  
cuit & mancipata.

Pontificis  
incrementa:  
Chron.  
Martini.  
Platin. in vi.  
aa Bonif. 3.

Siegb. in  
Chron.

En tibi igitur Romani Pontificis in capitib  
Ecclesiæ sacrilegam dignitatē inauguratio ad  
annum 600. relata: non Christi aut Apostolo-  
rum traditione, sed Phocæ produzione: non Con-  
cilij Ecclesiastici constitutione, sed serui in Do-  
minum coniuratione: qui quidem ut populum Ro-  
manum sibi reconciliaret, ipsorum Episcopum ti-  
tulo ornauit, quem qui præcesserat Gregorius  
Antichristio proprium fecerat: Atque hic vi-  
cissim illum Imperatorem edixit, Mauricioque,  
qui parricidio sublatuſ ab ipso fuerat, substitut.  
Hanc potrō Phocæ sanctionem Bonifacius con-  
firmandam curauit, coacto Romæ ex Latinis  
Episcopis Concilabulo, ut qui hanc ē re sua esse  
ducerent: Et alio deinde in Africa tum perpetuis  
Arabum incursionibus vexata, anno 642. Ex  
quo cœptæ sunt huiusmodi inscriptions: D. A-  
postolico culmini sublimato sancto Patri  
Theodoro Papæ & summo omnium præ-  
sulum Principi synodus Africana. Atque ita  
sensim

sensim ex Historijs videas & gradatim hoc mon-  
strum dignitatis fasigium descendere: ex qua-  
iam corruere est necesse. Græci Imperatores tunc  
Italia quodammodo expulsi, ut Italos in officio  
retinerent, rerum suarum administrationem penes  
illos esse volebant: sed ita, ut eleffionum confir-  
mationem ab Imperatoribus peterent, suaque re-  
scripta inductione & anno Imperatoris notarent.  
Sed quo magis in Oriente Persarum incursioni-  
bus vires Imperatorum labefactabantur: eo ma-  
gis in Occidente Pontifex res suas stabiliebat:  
sicque annum circiter 680. Benedictus secundus  
Constantini quarti Imperatoris Barbati au-  
thoritate Imperialis jurisdictionis ingum totum  
excusit. Adhac accessit magna inter Ecclesiam  
Græcam & Latinam de Imaginibus concertatio,  
invalecente cum ignorantia superstitione. Græ-  
ci tollendas censebant, Pontifex contradicenda  
studio harum patrocinium suscepit. Hæc illi  
controversia magnum ad sublimitatem momen-  
tum obtulit. Hoc enim prætextu Leonem I-  
saureum ἐκονόμαχον anathemate percussit,  
Italique populis excommunicationis pena  
interminatus, denunciauit ne tributum ullum  
penderent, id est, Constantinopolitanum E-  
piscopum expulsi, & hac quidem ex parte in-  
gum penitus fregit & abiecit. Certe quidem Ex-  
archatus iam tum temporis desierunt: quod mu-  
nus qui annos 160. administrarant, vices Im-  
periorum in Italique parte gerebant. Expulsis  
Impera-

Sigon. lib. 2.  
de legno  
Ital.  
Guic. in  
Concordia.

imperatoribus Constantino-politanis, Longobardis  
in Italia regnum moliebantur. Ab ipsis quo vici-  
niiores erant, eo maior quam ab expulsis metus  
impendebat. Tunc Galliarum gubernacula tene-  
bat Martelli familia. Pontifex igitur aduersus  
Longobardos Gallorum se fidei commisit: atque  
ita Pipinus Martelli filius, traductis Gallorum  
in Italiam armis, illos deuicit. Exiit fuit eius-  
modi: Zacharias Pontifex Gallos sacramento  
absolsit, quo Principi suo Chilperico deuin*Elia*  
erant, qui tum se Martellorum arbitrio & arti-  
bus perniserat, Pipinumque Palati Maiorem  
Regem consecravit, atque excommunicationem  
interminatus Principibus populisque Gallis in-  
terdixit, ne quenquam nisi ex Pipini stemmate  
Regem deligerent. Vicissim Pipinus Rauennen*s*  
& Pentapolitanum Exarchatum 29. oppidis  
C. Adriani d. 63 & c.  
Ego Ludo- insignem largitus est, ius tantum supremum &  
vicus ead. Pontificum eligendorum potestatem excipiens:  
quæ tanzen pruilegia Ludouicus Caroli Magni  
filios remisit, quamvis, ut ex Historijs liquet, Im-  
peratorum nonnulli in usum renocarint. Ecce  
igitur Pontificem in spiritualibus caput, suscep-  
to dominis*n* inferioris patrocinio. Ecce rursus in  
temporalibus dominum, subdito in locum deturbati  
sui Regis cuncto & inaugurato. Porro hoc ter-  
reni domini exordium primum Andium & Ar-  
ragonensium familiarum, deinde etiam dissidijs  
Germanorum Imperatorum & Gallæ Regum  
conque excrēvit, quo nostro boc seculo cōspicitur.

Enim

Enim uero ad hæc tempora referri debet clavis scientia Petro à Christo concessæ, in clauem potestatis metamorphosis, districtaque censuræ Ecclesiastice acies inferiendis anathemate Principibus & populis, qui iugum subire detrectarent, regnisque in prædam obiciendis, atque à salute nullo prorsus excepto excindendis: illorum temporum ingenia præclaras huiusmodi interpretationes commenta sunt: Omnis potestas Christo data est in cœlo & in terra: Ergo, in verumque Pontifex absolutum habet imperium. A gente in gentem Deus transfert regnum: Ergo penes Papam est authoritas, ut quem velit vel stabilit vel de gradu deciat. Hinc illud est quod Reges & Imperatores certiam ad pedum osculase abiecerunt, sine coram adessent, sine litteris salutarent.

Extraang. &c.  
Maiorit. &c.  
Obed. e. 2.

Lib. 7. decc.  
de sent. &c.  
re iudicata.

Hæc eadem infelicia tempora Bonifacium 8. protulerunt, qui nouum hunc fidei articulum cudit, Pontificem in spiritualibus & temporalibus supremum ius obtinere, ac sese in adulterino illo lobel obtulit altera manu clauem, alteraensem gestans. Cuius successori Clementi quinto non sat visum est in Reges & Imperatores dominium pastor. usurpare, sed bullato præscriptio eosque furoris proiectus est, ut & Angelis ipsis, que præcipere, exequi iuberet. Denique decisiones Rotæ, id est, parlamenti Pontificij, quod Romæ cogitur, in hæc verba leguntur: Quod Deus habeat rata quæcunque faciat Papa: Quod

Clem. 5. ad  
Clement.

Idem in re  
scripto quod  
affiruat  
Viennæ A.  
lobrogum,  
& in Extra-  
mag. eadem.

M Papa

Decisi. Rotæ  
 Bald.  
 Francisc. de  
 Ripa.  
 Philippus  
 Decius.  
 Hostiensis.  
 Carolus de  
 Ruino.  
 Joannes de  
 Anania &c.  
 Dist. 10. c.  
 Si Papa.

Papæ voluntas sit regula æquitatis & iuris:  
 Quod Papa in hoc mundo potest absoluta  
 facere quæcunque Deus facit, cum sit om-  
 nia & super omnia: Quod si mutet iudicium,  
 presumendum est, quod etiam mutet iu-  
 dicium Deus: Quod si multa animarū mil-  
 lia secum abducat in infernum, nemo ta-  
 men dicat, quid facis? Omnem Papæ da-  
 tam esse potestatem in cœlo & in terra, qua-  
 se porrigat ad cœlestia, terrestria, inferna-  
 lia: Quod à Papa ad Deum appellare non  
 licet: Quod potest contra epistolas Pauli  
 statuere, quia maior Paulo: & contra ve-  
 tus Testamentum, quia maior omnibus  
 authoribus veteris Testamenti. Neque ve-  
 ro in hac audacia pedem fixit impietas. Quæsi-  
 tum est enim, utrum Euangelio contraria statue-  
 re posset: Annon potest atque etiam Petro supere-  
 mineret: Purissime homo esset, an quasi Deus.  
 Eras. in pti.  
 munia cap.  
 prioris ad  
 Ianoth.

Denique Satan mysterium iniquitatis consue-  
 pronexit, ut & paulo ante & post secula Lutheri  
 disputaretur in scholis, utrum Papa utramque  
 naturam participaret, diuinam videlicet atque hu-  
 manam, ut & Dominus Iesus Christus. Ecquid  
 posset vel ipse Diabolus, si ad pessitudinem Ec-  
 clesiam carnem induens prodiret, sceleratus pro-  
 ferre? Attamen horrendum hoc monstrum populi  
 adorant, huic principes applaudunt, pro buitis li-  
 bidine regna sua exortunt, atque etiamnum suos  
 subduos suauissimi odoris sacrificium huic idolo  
 immo-

immolant. Quis ita esse posse crederet, nisi Dei spiritus prædictisset? Cui porrò fides huīus rei fiet, hoc monstro ab eodem Dei spiritu debellato? Est tamen aliquid amplius quod quis admīretur. Quo tempore Romani Episcopi tolerabilis fuit potestas, nullum aut in synodis aut coram Ecclesia Scripturæ locum proferre ausus est ad eam stabilendam: Nunc verò, quum ruptis omnibus repagulis terram pedibus conculcat, cœlo minatur, in Deum ipsum insurgit: ea sunt impudentia (sed cuiusmodi scortum illud decet) ut sedem Petri, verbum Dei, claves promissas perinde prætexant, ac si nulli toto mundo supererent oculi ad legendum, nullus hominibus sensus ad indicandum. Desmant ergo tyrannidi fucum facere ex Christi ad Petrum verbis: Tibi dabo. quandoquidem inter Christi regnum & Papæ tyrannidem nulla est consensio. Quin potius si quod ad hæc verba attinet, Scripturæ loco genuino niti velint illud, Tibi dabo, Satana Christum adorantis usurpent, Tibi, inquit, dabo hæc regna omnia, si cadens adoraueris me. Neque enim cur possideant ullo alio titulo gloria ipsi possunt, quæ quod demonia coluerint.

Nunc supererit, ut bona, nisi fallor, cum lectorum venia ex duorum quæ præcesserunt capitum probationibus concludamus, Catholicæ Ecclesiæ caput esse, Apostolos omnes parisub eo dignitate & potestate fuisse, ab ijs Episcopos pares inter se

fuisse, & in suo quemque ministerio Christi legatum agere: Nemini competere, ut sic Catholicæ Ecclesiæ caput ministeriale: Pontificem Romanum nec diuino nec humano iure hoc sibi arrogare: Sedis primatum illi attributum ob dignitatem urbis: quod reliquum est, Satana iniustaque usurpationi tribuendum esse: Capitis in Ecclesia ministerialis nomine nō magis ab erroris periculo vindicari, quam alios Episcopos & Patriarchas: Nec magis Ecclesiam Latinam, quam aut Graecam aut Orientales. Quamobrem quicquid illi excipiant, conclusionem nostram rursus afferimus: Quidquid articulorum Papæ & Ecclesia Romanae autoritate nititur, corruere. Traditiones autem & commenta illorum omnia examini Scripturae subiectienda esse, non secus atque aliaraum Ecclesiarum dogmata.

PONTIFICEM, VT QUI SE  
CAPVT ECCLESIAE PROFIT-  
teatur, cum non sit, Antichristum  
in Ecclesia fuisse, nec Antichristum  
cum alia doctrina admitti  
potuisse.

C A P . IX.

**P**ontificem, quum Ecclesiæ caput non sit, nec ullam tabulis proferre possit vt se vicarium esse probet, quod tamen insolenter usurpat: in corpore pestem, in Repub. tyrannum, in Ecclesia Antichristum esse dicimus. Cuius rei excutiendæ causa prophetias quæ in Daniele, epistola ad Thes-

salo-

salonicenses, & Apocalypsi extant, non ag grediar,  
solum quidē obscuritate difficultes, nunc clarissim̄.cs.  
Siquidem doctissimi viri non nostra cantum me-  
moria sed 300. ante annos in medijs mundi tene-  
bris & Pontificum seutia editis monumentis hoc  
caput illustrarunt. Verum hoc profiteor, etiam si  
non ita graphicè depictus esset, ut locis illis pro-  
ponitur, ex sola Papae doctrina perspicue cognosci,  
illum Antichristum esse, qui Ecclesiae immine-  
bat, nec aliam potuisse in Christianismum maiore  
Christianorum detinente inueniri, quam que ab  
ipso operusa fuit.

Primum, ut amplibet tollamus, Scriptura  
de varijs Antichristis differit. Singuli enim he-  
retici dum Christi veritatem oppugnant, sunt An-  
tichristi. Sed unum quenquam inter alios desig-  
nat, qui sedem in Ecclesia Dei occupatus esset,  
Deique locum inusursum, quem Origines inter Orig. hom.  
Antichristos Antichristum primarium nomi- 30. in Mat.  
nat. Hic ille est, de quo iam nobis est sermo in-  
stitutus.

Secundo, ubi Scriptura de Antichristo loqui-  
tur, Apostasiam fore pradicit. Item, mysterium  
iniquitatis iam à temporibus Apostolorū cœpisse,  
& solo Christi aduentu consciendum. Item, in  
tantam hanc molem resurrectum Antichristū  
ex imperij Romani ruderibus, bestiamque illam  
priorē, id est, imperium viuiscatum, ex vete-  
rum interpretatione, ac nominatim Augustini  
lib. 20. de Civitate Dei: & Chrysostomi in illum

M. iij Pauli

In epist. ad  
Thessal. ho-  
mili. 2.

Paulilocom, ubi ex professo de hoc capite differit.  
Imperium porrò Romanum sensim & membra-  
tim collapsum esse nemo nescit: Inde autem con-  
sequitur, Antichristum non unum quempiam  
hominem esse, qui parvo momento prodiret: sed  
minus, sedem, hominam successionem, adesque  
imperium in Christum constitutum: quale est  
quod videmus certis bestiarum figuris Scriptu-  
ram imperia describere. Atque ea est Augustini  
in illum locum interpretatio.

Tertio, Antichristus iste pseudopropheta no-  
minatur, qui proferat in Dominum blasphemam.  
Eius igitur imperium falsa doctrina nuntiatur, non  
armis. Femina dicitur & scortum. Placidus igi-  
tur erit ingressus, veteratorijs artibus & adulata-  
tione promouebit, hominibus fucum faciens, eosq;  
ad scortationem spiritualem, quæ est idolatria,  
aliciens. Idem quoque cum Iuda filius perditio-  
nis nominatur. Ecclesiam igitur vi aperta non a-  
dorietur, sed osculo prodet: non disruptis machina-  
muri, aut appositis scalis: sed furtim, & ementi-  
tis clauibus eam expugnandam curabit. Ac qui-  
dem imperia quæ stant viribus aut armis; lupo-  
rum, leonum, orsorum atque eiusmodi rapacium  
ferarum figuris describuntur: In hac autem bestia  
depingenda, feminas tantum, scortationes, cali-  
ces, potius, carmina, id est, artes subdolas, impo-  
fluras, fraudes ardimus. Ex quo vel ipsi schola-  
stici statuerunt, Primarium illum, quem nunc de-  
scribimus Antichristum, neque ad Mahomedem,  
neque

neque ad Turcarum Imperium referri posse.

*Quarto, non avitib[us]oꝝ, sed avt[er] Christi oꝝ nuncupatur: hoc est, non Deo simpliciter, sed Christo mediatori avt[er] Christi oꝝ. Ergo Domino Iesu Christo nominatim aduersabitur. Tota autem Christi doctrina mediatoris munere & ipsius mortis beneficio absolvitur: Huiusmodi igitur doctrinam potissimum pessundendam curabit. Additur tamen, in Dei Ecclesia sessurum ut Deum. Atqui si se palam Christum esse profueretur, aut directe Christum oppugnaret, eum Ecclesia nec ferre posset, nec regnare pateretur. Describitur quoque similis agno, cornua duo gerens, sed qui Draconem seruione imitetur, id est, Christidoctrinam & sanctitatem mentietur, tum etiam cum in p[ro]pria ex Satana afflatus loquetur. Ergo consequitur (ut inter nos ist[us] conueniat) ut hic de quo queritur Antichristus facatis verbis de Christo, re ipsa contra Christum loquatur, verbis honorem tribuat, quem ad se sacrilegio rapiat. Hunc autem de quo agimus, verè Antichristum esse, qui Christum professus ipsius doctrinam enervit, atque adeo Christi ipsius locum inuidit: Neque vero Augustinus hac de re differens aliter intellexit: Iam ergo attendamus quis neget, & non atten-damus ad linguam, sed ad facta. Non audio quid sonet, sed audio quid vivat. Opera loquuntur, & verba requirimus? Magis mendax est Antichristus, qui ore profite-tur Iesum esse Christum, & factis negat,*

Aug. in ep.  
Iohn. tract.

*Et tractatus sexto : Dicis voce , negas corde : dicis verbis , negas factis. Quomodo , inquis , nego factis? Quia ideo venit in carne Christus , ut moreretur pro nobis. Idem in libro de Antichr̄sto , Dæmonum , ait , cultum reuocabit , impios magnificabit , legem Eu- angelicam dissipabit. Chrysostomus ex do- ctrina cognoscendum docet : non ex titulis , mira- culis , aut sanctitatis appellatione. Hilarius autem , Antichristum Christo aduersarium fore fitissimā pietatis opinione. Idem . Vnum (inquit) mo- neo vos , cauete vobis ab Antichristo : malè Ecclesiam Dei in tectis ædificijsque vene- ramini : malè erga parietes insanitis : malè sub his pacis nomen ingeritis : Anne ambi- guum est , Antichristum in his esse sessu- rum ? Jam igitur attendamus quis in Ecclesia fedeat , qui quo magis de Christo loquitur , eo con- fidentius ipsum spernit : qui quo magis prodito- rijs oculis Christum honorat , eo sceleratus ip- sum aduentum blasphemat : qui in ipsa Christi cathedra collocatus , imprimis est Christo anti- cipator . Etenim hic ille haud dubie genuinus est Antichristus .*

*Age igitur ab ipsa Pontificis doctrina initium faciamus . Christus regnum suum esse de hoc mundo negavit : quum raperetur ad regnum , fu- ga elapsus est : inferioribus etiam potestatibus obsecutus est , suum omnes exemplum imitari præcepit . Ex adverso , Papa se regem orbis*

Chrysost.  
in Matth.  
homil. 49.

Hilarius ad  
Auxent.

Uniusi profitetur, de Imperijs pro arbitrio statuit, Imperatores pedibus conculcat, igni torret, ergoque adiudicat quotquot ipsi ista tribuere detestant. Hæc porro omnia Christi dicto nituntur: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Nunc quemuis iudicem appello, quorsum res tam diuersæ componantur: & an non, dum Iesus Christus testis citatur, Christo Domino illudatur. Pergamus: Christus Deus æternusque Dei filius infra Angelos, imo & homines ipsos salutis nostræ caussa sese demisit: Hic vero homuncio sese supra Reges, Angelos, atque adeo cœlos cœlorum attollit: nec simpliciter hominem, sed diuinam naturam se participare, spiritusque Christi securiginem penes se esse contendit. Denique Christus infra cœlos, terram, inferos sese deiecit: hic autem in Reges, Angelos, & dæmones imperium sibi arrogat. Unde hæc omnia? nimur ex Christi clamibus, verbi Ministeris tradatis. Quaro igitur: Quum Deus hominum caussa homo factus fuerit: ecquis ille homo esse possit, qui se Deum profectur, nisi filius perditionis in mundi perniciem exortus?

Sed enim spectemus, ut Messias aduentum, crucem Christi, & quæ inde consequitur salutem, enactiarit. Nostro exemplo discimus, perpetuas esse hominum in Deum offensas: nec magis naturaliter in nostra potestate situm est, ab ijs nobis temperare, quam aut arteriarum pulsum, aut pulmonium flatum cohibere. Hæc porro offensæ

numero infinitæ in Deum infinitum admissa pœnam infinitam meretur, cui ferenda omnes simul homines pares esse non possint: Itaque filium ipsum Dei e cœlis descendere oportuit, ut merito infinito reatus infinitos tolleret: ac ne vnuis quidem à Patre misericordiam sperare poterat, quia prius illius iustitia à Filio plane satisfactum esset. Hoc illud est quod tota nos Scriptura docet, Christianum in mundi salutem missum esse, cuius ipse sic solus & unicus servator: iam ab initio mundi occisum fuisse in eorum salutem qui credituri essent. Atque in eo situm est vniuersum aduentus Christi beneficium, Ecclesiæque thesaurus. Ecce autem fidelis istius Ecclesie œconomi dispensacionem. Primum S. Scripturas obliuione sepelendas curauit, harum interdicta populo lectione, ut eum Rosarijs, Legendis, atque eiusmodi quisquis pasceret. Itaque lumen quoad potuit extinxit, ut in medijs tenebris suis illusionibus efficacius falleret: Atque eousque progressus est furor, ut flammis propterea arum lectionem adiudicatos videamus. Iam vero quum lex arguendis hominum peccatis lata esset, Euangelium autem, ut remedium in Christo proponeret: huiusmodi dogmata Papistici Doctores excuderunt, Hominem in puris naturalibus sumptum, Deum diligere super omnia: Facientibus quod in se est, infallibiliter dari gratiā: Bona opera meritoria triū, vitæ æternæ, augmenti gratiæ, remissionis pœnæ &c. Homines igitur posse legē Dei imple-

implere: atque ab initio naturalis, post Mo-  
saicæ legis obseruatione seruatos fuisse: non c  
aute Euangelij pleno obsequio seruari. Quo  
si quidem ita habeant, quid fieri Paulo dicenti, Le-  
gem transgressionum cau*ssa* datam esse: iram ef-  
ficere, introiisse ut antiquius fieret peccatum? Quid  
porro Legi præstabilit Euangelium, aut umbris  
Christus? Et quomodo Christus legis maledi-  
ctionem gratia commutauerit? Certe quidem nulla  
extat via magis compendiosa auertendis à medi-  
to agrotis, quam si aut sanos esse persuaseris, aut  
si quid malisentiant, repudiat is medicis valetu-  
dini suæ consulere posse. Hinc illa est Pharizai-  
carum propositionum origo: Omnem actum  
charitatis absolute mereri vitam æternam:  
Hominem quamdiu superstes est, posse  
propriam salutem operari: Hinc præclaræ de-  
cōgruo & cōdigno destructiones, que manife-  
stati Christi congruam dignitatem virumque om-  
nem subuertunt. Sicque in immensum excreue-  
rat error, ut quos magis urgebat conscientiae  
sensus, merita Monachorum & sodalitij illius  
emerent, que superrogationis opera vocant, hoc  
est, totum id quod Paradiso meritis quaerito, Mo-  
nachis reliquum & inutile supererat: Ut non homo  
tantum salutem in seipso querere, sed ex aliorum  
etiam operibus negociari, & vitam æternam  
comparare posset.

Atenim nihilominus sic peccatum homini in-  
haeret, ut vel stupidiſſimos quoſq; excite. Itaq; non  
paucū

panci quum in his non acquiscerent, de medice cogitabant. Verum ecce tibi alterum veterotorum Antichristi commentum, quo fieret iritus Messie aduentus. Praterito Christo unico peccatorum medico, ad homines deduxit, ac paulatim suis ita rebus consuluit, ut omnes ad se pertraheret. Christus se omnibus vltro inuocandum offert, brachiis extensis obuus sua misericordia occurrit, ac tantum non vi adhibita ad se pertrahit. At Pa-

*Apud Gab.  
Biel.*

papa hoc nobis canendum obtulit: O Virgo Maria, vitam æternam mihi tribue, mortuos resuscita. Et sanctos & ipsorum merita obijcit, quos tamen si coniungas omnes, nullum in eis nesciuntur & post mortem inferorum meritum reperiatis, si Domini Iesu morte excludantur. Atque in hunc finem tanta fuit in hoc tenebrarum regno impudentia, ut primam quæ patribus facta est de Christo promissionem fœde corruerint, Virginis Matri illud tribuentes, Ipsa contenter caput serpentis. Quia & in eandem tristiterunt quicquid sine de Patre sine de Filio dicitur. In Psalmis, In te Dominica speravi: Misere-  
re mei Dominina: Dixit Dominus Dominus meæ, sede mater mea, à dextris meis: Atque in his blasphemis (quæ horas nostræ Domine vocabant) posita erat præcipiculus summa. Nunc si Virginem Mariam in locum Christi colloces, quid huic obsecro reliquum supererit? Si quia Christum peperit, ijs ipsis salutem quæsumi à quibus inuocatur: quorsum Christus pro nobis

nōbis est mortuus? Ex eadem camarina prodierunt quatuordecim Sancti opitulatores, in necessitatibus paroeciarum & ordinum omnium Patroni, cuiuslibet morbi medici, quos votis, peregrinationibus, oblationibus, ipsorum autem imagines suffitū, & omne genus adorationibus colere oportuit: ut Romana Ecclesia tot deos haberet, non Indiae more, quot ciuitates, sed penē proutiuū numero: siueque salutis ratio in tot partes lacerata diuidebatur, ut iam vnicæ saluti nimis Christo Domino nostro nullā mundus gratiam haberet. Peccatorum, qui sunt animi morbi, remedia habuimus Sanctorum merita, tum viisorum tum mortuorum: quoruū (inquit August.) pars magna erat in inferis, altera ne rueret periclitabatur. Singulis periculorū generibus Sanctorum præsidia, tanquam amuleta gentilicio more, morbis, iacturis, incendijs, istibus, plagis, carceribus obijcabantur. Hoc unum Domino reliquum fecerat impietas, ut aliud agens, ac velut de more tanquam ex notiorum stylo, ipsius nomen adscriberet. Sed quid abominandum Idolum recensebimus, quod Papatus in Ecclesiam inueniū? Nimirum Franciscum, tanquam alterum Christum, nobis peperit, de quo huiusmodi portentatum concionibus tum sancitis privilegio libris euulgata sunt: Hunc videlicet suis meritis à morte eterna salvare posse quotquot à suis temporibus ad finem usque mundi vituri essent: Cucullam Francisci assumere, non minoris esse momenti aut

Plosc. bene  
Francisci.  
Conformatio  
S. Franc.  
Vinea S.  
Francisci.  
Thom. I. 4.  
dist. 4. art. 3.

Virtus.

Bernard. in virtutis, quam Christo per Baptismum induit. In rosario. Ploesculi beati Francisci. ea ipsa vel mori vel sepeliri, à pœnis purgatorijs liberare: Denique dum hunc cum Christo conseruent, multis partibus superiore gradu collocant. Ac ne fœminis minus privilegi quam viris concederent, Virginem Mariam suæ virginitatis merito, fœminas omnes quæ in ipsam sperarent, seruare posse docuerunt. Porro Claram iisdem temporibus quibus Franciscum in mundum prodijisse, ut eas omnes seruaret, quæ eam, ad finem usque mundi, invocatæ essent. Et quis obsecro, nisi reclamatum esset, finis istarum blasphemiarum fuisset? An reliquam futuram fuisse putas ad nostra usque tempora Christi memoriam? Nec verò æger somnia narro. Qui ante 400. aut 500. annos conscripti libri etiamnum existant, ea ipsa doctrina sunt referit, quam ne ipsi quidem inficiari audeant. Scholarum & nobiliorum cathedralium hælectiones erant tum cum Lutherus ad retegendum Antichristum profudit. Et porrò à pœnitentiariis hæc absolutionis forma quotidiano usu teritur: Passio Christi, & merita beatæ virginis Mariæ, sancti Petri, sancti Pauli, aliorumque sanctorum & sanctarum Paradisi, tibi sint in remissionem peccatorum: Hic autem Franciscani Franciscum suum individuo nexu cum Christo coniungunt. Ergo Pontifices scilicet ex verbo Dei & patrum doctrina populum docuerunt, remissionem peccatorum in solo Iesu Christo

Christo coque crucifixo querendam esse: quæ tamen usque adeo ad salutem suffici, ut se Paulus neque scire, nec aliud discere velle testetur.

Enim vero Papacum suo satellitio, abducta sensim plebe à Christo ad Virginem Mariam, ac rursus à virgine ad Apostolos, ab Apostolis ad veteriores sanctos, à veteribus item ad recentiores, quos pro arbitrio canonizacori inaugurabat, ac deinceps ad tempula, sacella, capas, reliquias, imagines, tandem eisque seduxit, ut ad seipsum adduceret, succedentibusque temporibus, Domini Iesu Christi locum inuaderet. Sanguis Iesu Christi in cruce fusus ijs omnibus qui in ipsum credunt, est satisfactio pro peccatis: Hic ille est veteris & noui Testamenti scopus. Quid Papa? quum pietatem omnem verba esse putaret, huius apostolopœtœ thesaurum penes se esse toti mundo persuasit: Ad se igitur accersebat quotquot huius participes esse vellentes cuius dispersandi partes sibi vni arrogabat. Hic ergo singularis alium mercari cœperunt, quæ apud istum venalis prostatbat, quæ tamen solo Christi sanguine comparata fuerat, nec ullo alio precio poterat acquiri. Perpetrasses quamlibet horrenda crimina: præsto erat in Papisticis indulgentijs remedium. Crimina omnia, etiam sodomitica, parricidia, incestus, præfixa pecunie summa multabantur, qua numerata, Pontifex plenaria sua remissione delebat. Huius velligalit exactio auctione licitoribus addicebatur: Atque huius

bnius rei fidem facit liber taxarum, ipsorum consensu excusus paulo ante accensum nostra memoria Enangeliū lumen. Huiusmodi indulgentia pri-  
mum singulis, deinde familijs, deinceps urbibus  
venibant: Postremo ad respuplicas & regna vē-  
tum est, quibus nullo personarum discriminē remis-  
sio 4000. annorum veræ indulgentiae con-  
donabatur. Hinc igitur Christum docentem au-  
dimus: Qui crediderit in me, remittentur ei pec-  
cata: Pontificem autem: Huic nulli sunt inferi,  
qui presentem pecuniam numerabit. Si quem ha-  
beret hostem, vinctis manibus & pedibus in  
feros protrudebat, etiam regna & nationes inte-  
gras. Si cœlum optares: Angelis ut te deferrent  
præcipiebat, unaque parentes & amicos, ut ex-

Bulla Clem. 3. quæ ex-  
rat Viennæ. S. Ioannis Hierosolymitani conscripta. Siquis  
ignem purgatorium horreret, quecumque scelera  
admissa essent, si quis etiam Virgini Matri vim  
intulisset (ut Germani indulgentiarum negocia-  
tores proclamabant) coniecta statim in urnam

Tekelius in-  
pecunia, omnium animæ hoc metu liberabantur.  
dulgent. in Eousque ventum erat, quod testantur Papistico-  
rum Doctorum libri, ut in scholis disputaretur,  
Papam abolendi & extingendi purgatorij pa-  
restatem habere: Imo & Christo longe clementio-  
rem esse, cuius opera nusquam legatur in scriptu-  
ris aliquem pœnis purgatorij solutum esse, quibus

Erasmus in infinitos in dies absolvat Pontificis misericordia.  
Epst. ad Timoth. c. 1. Huic qui etiamnisi sunt addicti, si forte hæc nostra  
perle-

perlegant, mirabuntur, vixque adduci poterunt,  
ut vera esse credant: Nam simul atque se mundo  
retegi sensit Antichristus, abdere cornua conatus  
est. Verum studio si legerunt, & porro legere pos-  
sunt, actate prouecti viderunt, prostantque pub-  
licè libri, quos legere cuius est integrum. As-  
enim (inquieris) in medio Papatu Deum unum,  
Iesum autem Christum, filium Dei aeternum  
esse crediderunt, porrò de Trinitate sarta  
testa remansit, &c. Verum quid (obsecro) bo-  
mini peccatori prodest, si Deum unum agnosc-  
cat, qui iustus sit index: nisi ut inferos semper  
animo obuersantes habeat? Et quid prodest  
Christum Dei filium in mundum venisse ar-  
guendi mundi caussa: nisi eadem opera meli-  
gat, sua morte in ipsum credituros à morte a-  
eterna redemisse, ipsorumque caussa & Sata-  
nam superasse, & inferos destruxisse? Christi  
aduentus unicus est finis, nempe ut inter Dei  
iustitiam & peccata hominum mediatoris offi-  
cio fungeretur. Qui mediationis huius effecta  
vel rapu ipse sibi velatio transfert, Christi ad-  
uentum irritum reddit. Iam quis ille tandem  
esse posset, nisi qui triplicato diadema redimi-  
tus Principibusque ac Regibus adoratus, pro  
libidine celum aperit, inferos claudit, purgato-  
riumque ignem accendit, & extinguit? Per-  
gamus: Dominus Iesus Christus Sacra-  
menta duo ihs qui sui forent promissionum tesseras re-  
liquit: Sua quoque sacramenta & notas sepa-  
ratis

ratim & ampliore numero Papa habere voluit:  
 Quæ ut angustiora viderentur, quæ Christi erant  
 modis omnibus contaminauit. Baptismo nobis  
 patet ad fœdus Dei accessus: Hunc non sine in-  
 signi contumelia translulit ad nos, infinitisque  
 superstitionibus obruit. Verum eo usque supra  
 Christum sese extulit, ut per suos docuerit,  
 Quod eadem gratia descendit super eum  
 qui habitum religionis assumit, & super  
 eum qui baptizatur: Quod cucullæ indu-  
 tio dat illi plenariam omnium peccatorum  
 remissionem à poena & culpa: Quod con-  
 cipiens nouum propositum voti, cuius eum  
 forte pœnituit, iterum baptizatur, & inno-  
 centiam induit. Quod ad Cœnam attinet, quæ  
 est communio corporis & sanguinis Domini, al-  
 teram partem populo Dei eripuit, aduersus ex-  
 pressam Christi institutionem, & morem in Ec-  
 clesia mille annos integros usurpatum, sibi ins-  
 arrogavit publicis dogmatibus, immutandorum &  
 abrogandorum Christi sacramentorum, idque ita,  
 vi noua excudere liceret: sacramq; Domini Cœ-  
 nam usque adeo abominanda idolatria commu-  
 tanit, ut ne inter Paganos quidem similis exite-  
 rit. Iam vero nouis mediatoribus, novo Christo,  
 nouis sacramentis fabricatis: quid præter nouum  
 Euangeliū supererat? Ergo et nouum Evan-  
 gelium circiter annum 1192. excluderunt, sub Cy-  
 rilli cuiusdam Carmelitanomine, cuius hæc erat  
 doctrina: Deum patrem sub lege regnasse, filium

sub

Thom. I. 4.  
 dist. 4. art. 3.

Bernard. in  
 Rosario.

Sub gratia, sediam exortis quatuor mendicorum  
ordinibus, Spiritum sanctum suo regno inaugurarè  
ad finem usque mundi duraturo: atque eos solos  
saluatum in, qui nouo hunc Euangelio credituri es-  
sent. Quod nisi Waldenses alij, quos Deus ex-  
citauit boni viri restitissent: sepulta iam foret  
toto mundo Christi memoria. Sexcenta alia falsæ  
doctrinæ capita relinquo, quæ passim legentibus  
sunt obvia, eo uno quod docere volui contentus,  
Papam à Christo Christianos pro viribus ab-  
duxisse, adueniusque Ihsus fructum evanuasse, in  
quo situm est genuinum Antichristi officium.  
Age ergo, si Christiana Ecclesia non alio nexu  
quam mediatoris officio Christo coniungitur, non  
secus ac fauibus capiti corpus adhaeret: quidcru-  
delius Antichristus tentare potuit, quam ut Ec-  
clesiae, quam suffocaret, iugulum petere? Quod ad  
Indeos attinet & Turcas, quorum alij quia tam  
diu Propheticis caruerunt, alij propter insulsam  
Alcorani doctrinam ad verum Christum reducere  
poterant: tantam in Pontificibus ipsorumq; aulis  
impietatem viderunt, tantum in universo comi-  
tatu religionis contempnum, tam furiosam inter  
Christianos idolatriam, ut utrique, quibus nihil  
expressius idolatria prohibitum constat, religio-  
nem Christianam abominati sint: atque ita illi in  
Iudaismo obduruerunt: hi vero religionē omnem  
non alio quam instrumenti politici loco habent. Er-  
go ut concludamus: quid ab Antichristo deterius  
expeties, quam ut Christum Christianis inutilem.

Iudaicis autem & paganis abominandum reddat? An ut medijs templis atheismum proclamet? At velij qui solem, lunam, vniuersique ordinem tantum intuentur, faciem ipsius conspuerent. Quid ergo? An ut Romanorum idola doceat? Evidem nullum est adinodum discrimen inter Castoris & Pollacis, & eum qui Catharinae aut Nicolao tribuitur cultum, cum utriquenos à nostra salute abducant. Prisca autem illa numina docentem quis ferre potuisse in templo Christi, cuius possessionem occupandam suscep- rat? Papam igitur, nec alium ullum, esse Anti- christum consequitur, qui ementito Christi nomine obteftus, Christi locum inuaserit.

Aug. de Ci-  
uit. Uci. lib.  
18 c. 2.

Hieron. ad  
Marc. in  
Psal. lib. de  
spiritu.

Card. Cuf.  
L2.c vlt.

Age vero ad hanc primariam doctrinam no- tam adde varijs circumstantias. Primum, Per- sonarum: Simoniacos esse, magos, abeges, scor- tatores, παιδεπάσας. Locis cui sedes Antichristi attributa erat, vrbs nimirum septem montibus insignis, Apocalypsi notata temporis 666. qui numerus in ea tempora recidit, quibus Papa summus Pontifex agnoscere voluit, omnisque sub- iectionis iugum excusit: tumque nihil dubita- tionis superesse poterit, quin is ipse sit Anti- christus.

Papa Anti-  
christus ex  
veterum seu  
equa.

Si quis tamen vestigia temporum persequa- tur, & veterum testimonium requirat: Hoc pri- mum extat, veteris Ecclesiæ doctrinam ex dia- metro cum Papistica pugnare, qualcm paulo ante descripsimus, ut nihil hac quidem in parta

pre-

fratexere possint. Alias aquem notas licet multo post futuras describant, ita graphicè depingant, ut in aliud neminem competere possint.

Irenaeus inter Ecclesiae doctores antiquitate Iren. lib. 5.  
venerandus Polycarpi discipulus, ut ei Polycarpus Ioannis, qui Apocalypsim descripsit, Antichristum describens, in Romanam solam Romanamque Ecclesiam coniecit oculos: Huius enim sedem disertis verbis Romanam Ecclesiam nominat: idque colligit, suos maiores secutus ex illo  
6.66. numero, qui in Apocalypsi extat, quique Apoc. 13:  
in verbis istis exprimitur; Αστερος, & Ιταλικη  
Ιεχωνια, id est Latinus, & Italica Ecclesia.  
Neque vero me cabalisticæ ex litteris commentationes inuunt: sed hæc eo à me proferuntur, ut  
palam fiat, iam tum ab illis temporibus patres  
enascens monstrum animaduertisse, quod iam Dei  
beneficio paulatim ruere videmus. Chrysostomus Chrysost.  
in epist. 2. ad Thessalonenses. Quando è me-  
dio sublatum fuerit Imperium Romanum,  
tunc veniet Antichristus, & non abs re.  
Donec enim Imperij illius terror fuerit,  
nemo Antichristo statim subiicitur. Quādo  
vero dissipatum fuerit Imperium istud,  
vacantem Imperij principatum inuadet,  
& tentabit ad se rapere & hominum &  
Dei imperium. Quemadmodum enim  
regna illa destructa sunt, quæ præcesserunt  
Romanum Imperium, &c. Ita &  
regnum Romanorum ab Antichristo, &

ille à Christo, & postea non amplius obtinebit. Ista nobis evidenter & luculentè

<sup>Hec. 49. In</sup> Daniel tradit, &c. Idem venturum doceat sanctitatis, miraculorum, superstitionis, & aduterina pietatis larua obiectum. Iam quinis iudicet,

<sup>24. Matth.</sup> qui modo legerit historias, an non Papistici regni artus, educatio, fastigium, ad imperii Romani ruderia & simulata religionem sit referendum.

<sup>Hilarius ad Auxent.</sup>

Vnum moneo (inquit Hilarius) cavete Antichristum: male enim vos paletum amor cepit, male Ecclesiam Dei in tecis & discipulisque veneramini. An ne ambiguum est, in iis Antichristum esse sessulum? Frustra igitur Antichristum cum nonnullis apud Barbaros quereremus, quin potius in eminentiore visibilis Ecclesia loco sit inuestigandus. Hieronymus

<sup>In prefat. I. de Spir. san.</sup>

autem Romanus presbyter Babylonem Romanam vocat, & asserit purpuratam illam esse meretrem, que describiur in Apocalypsi, nec intelligi posse aliam. Idem quoque S. Marci vitam describens repetit. Ac Cardinalis quidē Cusanus adiicit,

<sup>Cus. I. 2. de conc. Cath. cap. vi.</sup>

Bedam cū veterioribus quibusque interpretibus ita exposuisse. Augustinus: Babylonia quasi

<sup>Aug. I. 18. de Citt. Dei. c. 2. & 23. & I. 20. c. 19.</sup>

prima Roma: Roma quasi secunda Baby-

bominem fore, sed hominum ad ipsum collectam tandem ore  
multitudinem, quae cum ipso Antichristus dicatur,  
in temploque sessura sit, ac si ipse cum suis vera  
esset Dei Ecclesia. Et at iloco: Idolatria re- Lib. de An-  
nouabit, doctrinam Euangelicam pessim- tichrist.  
dabit, in eumque finem magis, ariolis, & forti-  
legis utetur. Atenim quis nescit quibus miracu-  
lis populo, quem à Christo abduceret, illuserit? Quod  
si quis perquirere velit, quot Pontifices magicis  
artibus ad Papatum peruenierint, id est, non iam  
ut Simonis Petri successores, sed Simonis Magi  
omuli, à Satana ipso creati sint, velea percurrat,  
quæ ipsorum Historiographi scripta reliquerunt.

Beno Cardinalis, Petrus Premonstraten sis, In vit. Gre:  
Volateranus, Sabellicus, Platina: quæ quidem 7. Ioan. 19.  
ne horrorem legentibus incutiant, non inutus Syru. 2. &c..  
præterea. Porro Gregorius Episcopus Roma- Greg. l. 16.  
nus, quo propius abest ab illis temporibus, eo epist. 30. ad  
rem apertius explicat. Nunquid non (inquit) Maurit. Im-  
quum se Antichristus veniens Deum dixerit, lib. 4. epist.  
rit, friuolum valde erit? sed tamen nimis 83. &c.,  
perniciosum, si quantitate vocis atten-  
damus, duæ syllabæ; si pondus iniquita-  
tis, vniuersa perniciies. Ego vero siden-  
ter dico, quod quisquis se vniuersalem Sa-  
cerdotem vocat, vel vocari desiderat:  
in elatione sua Antichristum præcurrit,  
quia superbiendo se cæteris præponit.  
Alijs autem locis Luciferum esse proclamat,  
qui se supra Angelos attollat, vel it que ad dexto-

ram Dei sedere: Sic denique Ecclesiam labefactari. Quæ quidem eo liberius ille pronunciabat, quod qui sibi ista elogia tribuebat, Constantopolitanus Episcopus erat. Verum ecce tibi implatum huins vaticinium in Bonifacio 3. ipsius successore, qui vi ea omnia implerentur quæ per Apostolos Dei spiritus predixerat, seipsum his titulis exornandum curauit, tribuente videlicet Phoca Imperatore Maurice & liberorum ipsius sicario: cui deinde fundamento innixi Pontifices reliquum adficium superstruxerunt. Aperiisse huic apostasie Graecæ, Dacæ, Illyricæ Ecclesiæ eousque reclamarunt, ut apud Theodoricum Gotthorum Regem Symmachum Papam crimarentur, quod se ab omnium reprehensionibus & censuris imminem pronunciaret. Hispania quoque & vetus Britannia longo temporis intervallo Romanos legatos admittere recusarunt. Claudius Taurin. Episcopus Caroli Magni etate in Primatum & doctrinam Papistam seu scriptio inuestus est. Quim & regnante Capeto, coactum fuit Rhemis Concilium, quo & acceperat Papæ obsequium, & Antichristus proclamatuerat. Verum tandem vi qui ex interierie & prauis Ecclesiæ humoribus natus esset: mutuis Christianorum factionibus, odijs, schismatisbus usque adeo nauiter absus est: ut eum in omnes tandem imperium obtinere passi sunt.

Cone. Rhei.  
sub Capo.  
10.

Iam vero si legis quæ à Bernardo circiter annum

annum 1140. de statu Ecclesiae scripta fuerunt  
dum in epistolis tum in libris de considerationibus  
ad Papam Eugenium: Ecclesiae ruentis elegias  
meras reperies, ijs non absimiles quas Ieremias  
captivitatis Babylonicæ temporibus decantabat:  
aut fulmina potius aduersus Antichristi tyran-  
nidem, que seculo illo grassabatur. De monum  
(inquit) magis quam ouiam pascua hæc sunt:  
scilicet sic facticabat Petrus: hic Paulus lude-  
bat: Malo in tua curia proficiunt, sed boni  
desiciunt. Item, Probatis his actibus vos ha-  
bere plenitudinem potestatis, sed iustitiae  
non ita. Item, Sponsam Christi prælati hu-  
ijs temporis non constituunt, sed perdant:  
non instituunt, sed proslituunt: non pas-  
cunt, sed nundinantur & deuorant, &c. In  
Psal. autem 91. postquam Antichristum à Me-  
ridionali plaga exoriturum testatus est, adiicit:  
Ecclesiae statum nihil differre à post silentia nocturna:  
nihil à sede Antichristi: ac re ipsu eos esse An-  
tichristi mores & ingenium. Satyras tres in Pa-  
pam & curi Romanam edidit. At si quis omnia  
velut quæ in eum finem ab eo conscripta fuerunt,  
proferre: libros integros eum transcribere necesse  
foret. Vix autem nullum cum hoc homine confe-  
rendum (ex quo accidit illa Papatus defectio)  
Romana protulit Ecclesia.

Franciscus Petrarcha, Parmensis Archidia-  
conus, Patainus autem Canonicus, cum circiter  
annum 1350. superstes esset, propter multiplicem  
N v      doctrin-

Bern. Is  
cant. can.  
serm. 33.  
& 77.  
In epist. ad  
Henr. Epis.  
Sen.

doctrinam, sui seculi lumen merito censeri debet:  
Hic colores apponere nolim, quibus curiam Ro-  
manam suis Epigrammatis depingit, Babylonis  
nomine, dum scortum vocat, scholam errorum,  
templum hæreses. Non deessent enim qui fur-  
tasse poeticae licentiae hoc tribuerent: Verum epi-  
siolas Latinas grauitate, zelo, doctrina insigne,  
obsecro, Lector, ne legere graueris: cathedra Pon-  
tificis, mendacijs cathedralm nominat: Papam cum  
Iuda confert, quis Christum osculo prodiderit:  
Clerum Iudeis illud Ave rex Iudeorum profe-  
rentibus: Praelatos Phariseis illum purpura per  
Indibrium vestientibus, mox autem in Calmaria  
crucifigentibus. Vides (inquit) populum non  
modo Christi aduersariū, sed quod est gra-  
uius, sub Christi vexillo rebellantem Chri-  
sto, militantem satanæ, & Christi sanguine  
tumidum, lascivientem, & dicentem: labia  
nostra à nobis sunt, quis noster Domin⁹ est?  
&c. Future ibi vita spes inanis est quedā fa-  
bula: & quæ de inferis narrantur, fabulosa  
omnia: Resurrectio carnis, & mudi finis, &  
Christus ad iudicium venturus, inter nęrias  
habentur: veritas ibi dementia est, &c. Et  
alibi: Famosadicam an infamis meretrix for-  
nicata cum regibus terræ, illa quidem ipsa  
es, quam in spiritu sacer vidi Euangeliſta:  
illa eadem, inquam, es, non alia, ſedens su-  
per aquas multas, &c. Babylon, mater for-  
nicationum, mater abominationum terræ.

Vidi

Vidi, ait Euangelista, mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Quid files? Aut aliam hoc sanguine ebriam ostende, aut omnino si potes, te hanc ebriam nega. Ex omnibus vero fornicationibus, de quibus biberunt gentes & reges terrae, quid expectas: nisi quod Iohannes idem ait, Cedit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum, &c. Vere iam talis facta es. Quanto enim homo perditus & desperatae nequitiae dæmonem melior? Vere habitatio, imo regnum dæmonum es facta, qui suis actibus humana licet effigie in te regnant. *Et alibi.* Nulla vnamquam te mala cupiditas tangat, ut illos Principes tenebrarum rursus adeas. Cui autem, siue ad quid? ut videas bonos mergi, malos erigi, reptare aquilas, asinos volare, vulpes in curribus, coruos in turribus, columbos in sterquilinio, liberos lupos, agnos in vinculis, Christum denique exulem, Antichristum Dominum, Beelzebub iudicem? Ad haec spectacula reuocor, non audiam: male mihi cum illis, male illis mecum conuenit. O crudelis & impia secta hominum nil nisi seipso amantium, idque ipsum peruerse prouersus ac nepharie. Quis relevabit oppressum orbem? Quis vindicabit afflictam urbem? Quis eversos mores reformat? Quis colliget sparsas oues? Quis pastores erroneos

Ecce arguet? quis reducet aut retrahet in se-  
dem suam? Nullusne licentiae ac scelerum  
modus erit? An frustra per Prophetam Spi-  
ritus sanctus intonuit: hæc fecisti, & tacui:  
existimasti inique, quod ero tui similis, &c.  
Evidē situm exiabant qui has voces tanta παρ-  
ῥητικā intonarent: dubiam esse non potest, quin  
multi intus ingemiserent. Denique feliciora inge-  
nia, quam secula illa quantumvis ignorantia &  
tenebris obsita protrulerunt, hanc foedatatem per-  
spexerunt: hi quidem aperte, illi vero tanquam  
interposita nube, pannis exceptis, quos splendor  
& ambo abripiuit: Quonsque abominatione illa  
ad summum perducta, Dominus excitauit Hus-  
sum, Hieronymum, VViclefium, Lutherum, qui  
contra contentionē ista omnia euulgarunt, ut toto  
iam mundo vox illorū exaudita fierit. Quid ergo  
superest? Nempe cum bona Tridentinorum Pa-  
tronū venia hanc Syllogistum conficere licebit:

Quisquis Episcopum vniuersalem servult ap-  
pellari, præcursor est Antichristi, rex filiorum su-  
perbia, verus denique Lucifer, ait Gregorius  
primarius Ecclesie Romanae docttor.

Atqui Bonifacius 3. illius successor hunc sibi  
titulum arrogauit: qui deinde secutis sunt, usurpa-  
runt & amplificarunt: Concilium autem Tri-  
dentinum anathemate ferit quotquot Papam v-  
niuersalem Episcopum agnoscere recusant.

Ergo Papa est Antichristus, & i omnes san-  
ciente Tridentino Concilio à communione alieni,  
quod

qui ipsum Antichristum non agnoscunt.

At enim (excipiet Romanus Clerus) Si Pa-  
pa ille erat Antichristus, cuius periculum Ecclesia  
imminebat: nostrae partes erant, videlicet Eccle-  
siae, illum agnoscere. Ego vero contra regero: Mi-  
nimè Antichristus fuisset, si illum Antichristum  
agnouissetis. An non illæ ipse sunt Pharisaorum  
exceptiones, quo tempore Christus mundo fuit  
exhibuius? Nempe suæ esse partes Christum ag-  
noscere, penes se esse Ecclesiam, itidem & Scrip-  
turas, ac earum interpretationem: quum essent  
populi oculus, in suo de Christo iudicio falli non  
posse. At qui Messiam impostoris nomine ab Hie-  
rosolymitano Concilio damnatum & cruci affixum  
scimus: Rabbini autem & infinitus ex plebe nu-  
merus suo magno malo & exitio, miserum illum  
Barcozba ut Messiam amplexi & secuti fuerint  
Ut sermo (inquit Christus) Isaiae Prophetæ  
impleretur, quem dixit: Domine, quis cre-  
didi sermoni nostro, & brachium Domini  
cui reiectum est? Excæcauit oculos eorum,  
& obdurauit corda eorum, ne videant ocu-  
lis, & intelligent corde, &c. Ego vero vobis  
idem contigisse doceo, qui Ecclesiæ nomine super-  
bitis in agnoscendo Antichristo. Prodijt illustris  
signis & portentis, eodem loco, tempore, via,  
ornatu, quo spiritus sanctus prædixerat: Sic illi  
omnia conueniunt, ut in aliud nullum competere  
possint: hunc interim Ecclesia, id est, Clerus Ro-  
manus, sponsum agnouit, Concilium Tridentinum

Deum

Deum in terris appellant, eos omnes anathemata  
deuouens, qui subscribere recusarent: Principes  
autem terrae suam illi potentiam addixerunt, ad  
eos persequendos & trucidandos, qui ipsum mun-  
do retegerent: Quorsum? Nimirum Dei ser-  
monem per Apostolos consignatum impleri oportet.

**a. Thes. 2. tuit:** Sedebit in templo Dei, ut Deus, prae-  
**Apo. 14. &** se ferēs se esse Deum. Vinum iræ scortatio-  
**18.** nis suæ potandum præbuit omnibus genti-  
bus. Reges terræ cum ea scortati sunt. Eius  
aduentus erit cum omni fraude iniusticiæ in  
ijs qui percunt, pro eo quod amore veritatis  
non receperunt, ut salvi fierent. Ergo Conci-  
lium Hierosolymitanum Christū damnauit, Tri-  
dentinum vero Antichristum probauit, tunc Cle-  
rus salutem crucifixit, nunc Clerus perditionem  
ipsam adoravit. Oculatissimi legis doctores tum  
cæciterint, quod regnum Christus non mun-  
danum, quale expectabant, sed spirituale doce-  
ret. Ecclesia vero Romanae prefecti spontanea  
cæcitate delectati sunt, quod Antichristus terre-  
na, quibus inhibant, imperia preferret. Atqui  
quantumvis reluctantibus morte, cruce, coniura-  
tione toto mundi malitia, spirituale illud reg-  
num Christi obtinuit, ac de terrenis omnibus vi-  
ctoriam reportauit. Sic frustra obstante ter-  
reno Antichristi imperio, cultibus, Regum &  
Principum consiliis, qui collabentem fulcire sat-  
agunt: confici tamen spiritu oris Domini plane-  
que corrucere ac perire necesse est.

Verum

Verum enim vero hic queritur, quod maioribus nostris factum sit, ex quo tanto iam tempore tyrannis Antichristi Ecclesiam inuasit? Ego vero magistris illis nostris qui hæc obijerunt, aliam quæsitionem regero, reddant ipse rationem, quid de ijs egerint, quorum animas suæ tutelæ commissas habebant, quorum curam suscepserant, à quibus tot redditus emunxerant, superbasque domos extruxerant. Iterum vicesim quæro, quid tantæ multitudini in Ecclesijs Orientalibus factum sit, quæ numero Latinas longe superant, quarum myriadas totos iam septingentos annos Papa suis fulminibus orco adiudicat? Denique hæc ab ipso Domino dicta meminerint: Quum venerit filius hominis ad perdendum Antichristum spiritu oris sui, tum fore tempora Noë aut Lothi, nullamque sine fidem sine charitatem in mundo reperiturum. Atque hoc illis responsum esto: Misero autem populo, cum tam fœde est ab Antichristo impositum, alia ratione satisfactum esse cupio.

Primum, perditam Antichristi doctrinam non certo momento propagatam fuisse, sed paulatim acreuisse, quo usque ad cumulum assurget: neque sub initium ita lethalem fuisse, qualis exitit ubi inualuit. Porro in media etiam cæligine Dominum multos qui sub tyrannidis iugo ingemiscerent ubique reseruasse, nonnullos etiam, ut paulo ante ostendimus, quanta fieri potuit.  
sonora

sonora voce scriptis suis reclamasse. Ac sane ante  
quinque & viginti annos tota passim Gallia huma-  
nis oculis vix ulli conspicui erant, quibus Ante-  
christus cum sua doctrina perspectus esset: quo-  
rum tamen multitudo innumerabilis singulis pene  
oppidis oblatâ primum libertate conspecta fuit.

Secundo, quemadmodum discriminem constituunt  
adversarij inter Ecclesiam & populum, suis Pre-  
latis nomen Ecclesiæ rapientes, quod Christianis  
omnibus est commune: Sic & nos populum à  
factione Antichristi discernimus, eosque qui sub  
Papatu vivunt à satellitio Paparum, fascinatores  
à fascinatis: Phariseos, quos Christus genimina  
viperarum vocal, à fœmina male affecta, quam  
idem Abraham filiam appellat. Ergo in populo  
illo tam misere tenebris Antichristi ludificato,  
visibilis Ecclesiæ partem constitutimus: in illo au-  
tem corpore Papam cum suis affectis peccati fuisse  
dicimus, quæ illud suffocare conaretur. Eam igit-  
tur Ecclesiam Christi fuisse, sed cuius ingulatum  
Antichristus inuaserat, ne salus & vita à Chri-  
sto tanquam capite in membra diffunderetur: Grex  
erat Christi, sed quem pascerent partim mercenarij  
partim lupi. In populo igitur, Ecclesiæ Catholice  
membra: in scabie vero, prurigine, pustulis, Pa-  
pisticum venenum, adeoque Ecclesiæ Romane  
cum Antichristo adulteriorum vestigia agnoscit-  
mus. Denique populus pars erat reipub. Christia-  
nae, sed in quam Papa cum suis coniuratis faces  
immiteret, velut alii Catilina, quem scitè Ci-  
cero

cero pestem, non Republicæ partem appellat. Et sanè quemadmodū ex prauo viuendi instituto & humorū superfluitate nascitur in humano corpore apostolus, quod tamen neque corpus est neque pars corporis, sed morbus, ac sāpe etiam corporis interius: Sic (inquit Salustius) ex luxu Republica natus erat Catilina. Ita & nos profitemur ex luxu, delicijs, & otio Romanae Ecclesiae prognatum esse Antichristum, qui tamen neque Ecclesiam nec partem Ecclesiae constituit, sed morbus est & pestis Ecclesiae, qua iam totum corpus sic perhuiisset, ut nihil iam sani aut integriforet reliquum, immo & cuius præsentissima mors fuisset, nisi præsua in nos misericordia cum Dominus retexisset.

Tertio, veneficum istum cum sceleris socijs dicimus scaturiginī vitæ, id est, doctrinæ salutis in Christo quātum potuit venenum miscuisse, eoque toxicō exquisitissimos cibos infecisse, quos Deus populo suo alendo consecraret. Verum hanc Deus gratiam nonnullis impariūs est, ut prorsus absineret, alijs ut sumptum statim euomerent, non paucis ut à cibis distinguerent: Nec defuerūt qui quum optimè constituta valetudine essent, vim venenis superarunt: sic que bene multi semper euanerunt, quantumvis sceleratum esset istorum institutum. Exempli causa, nemo nescit, depravatisissimam scholasticorum doctrinā, id est, præcipuas Papatus blasphemias maximam partem plebeios nesciisse, atque ut plurimum se vitam æternam veritis operum, quæ passim occinebantur, conse-

cuturos minimè credidisse. Ac quamuis usu quodam & ignorantia decepti sanctos eorumque imagines colerent, Missas adirent, peregrinationibus se torquerent: ubi tamen ad mortis certamina ventum erat, crucem Christi ut tutissimam anchoram amplectebantur, ab eaque nullis Franciscanorum de habuit & stigmatibus Francisci concionibus abduci poterant. Cuius rei exemplum in ipso Bernardo extat, qualia etiam nostra memoria extant. Bernardus alicubi sui seculi contagium redolet, quod quidem mirum videri non debet. Verum ecce tibi ingrauescente etate aduersus satanæ tela perfugium. Fateor (inquit) non sum dignus ego, nec proprijs possum meritis regnum obtinere cœlorum. Cæterum duplii iure illud obtinens Dominus meus, hæreditate scilicet patris, & merito passionalis: Altero ipse contentus, alterum mihi donat: ex cuius dono mihi illud vendicans non confundor. Et alio loco: Curate munire precibus & votis calcaneum nudum meritis, ut is qui insidiatur, inuenire non possit ubi figat dentem, & vulnus infligat. Idem sermone 61. super Cantica: Peccavi peccatum grande, turbatur conscientia, sed non perturbabitur, quoniam vulnerum Domini recordabor. Nempe vulneratus est proper iniquitates nostras. Quid tam ad mortem, quod non Christi morte saluetur? Et postea: Meum proinde meritum miseratione

In vita Ber-  
nar. l. 1. c. 12.  
Lib. 5. c. 2. in  
epist. quoniam  
scripsit mo-  
ribundus  
Arnold. Ab-  
bati Bonae-  
yallis.

dignus ego, nec proprijs possum meritis regnum obtinere cœlorum. Cæterum duplii iure illud obtinens Dominus meus, hæreditate scilicet patris, & merito passionalis: Altero ipse contentus, alterum mihi donat: ex cuius dono mihi illud vendicans non confundor. Et alio loco: Curate munire precibus & votis calcaneum nudum meritis, ut is qui insidiatur, inuenire non possit ubi figat dentem, & vulnus infligat. Idem sermone 61. super Cantica: Peccavi peccatum grande, turbatur conscientia, sed non perturbabitur, quoniam vulnerum Domini recordabor. Nempe vulneratus est proper iniquitates nostras. Quid tam ad mortem, quod non Christi morte saluetur? Et postea: Meum proinde meritum miseratione

Do-

Domini. Non planè sum meriti inops,  
quād diu ille miserationum non fuerit.  
Quod si misericordiæ Domini multe, mul-  
tus nihilominus in meritis sum. Quid enim  
si multorum mihi conscius sim delicto-  
rum? Nempe ubi abundauit delictum, su-  
perabundauit & gratia. Et si misericordiæ  
Domini ab æterno: Ego quoque misericor-  
dias Domini in æternum cantabo. Num  
quid iusticias meas? Domine memorabor  
iustitiae tuæ solius. Ipsa est enim & mea.  
Nempe factus es mihi & tu iustitia à Deo.  
Nunquid mihi verendum, ne non una am-  
bobus sufficiat? Nō est pallium breue quod  
secundum Scripturam non possit operire  
duos: iustitia tua iustitia in æternum. Quid  
æternitate longius? Et te pariter & me o-  
periet largiter: larga est & æterna iustitia  
tua: & in me quidem operit multitudinem  
peccatorum, in te autem, Domine, quid nisi  
thesauros, diuitias bonitatis: hæ in forami-  
nibus petræ repositæ sunt mihi. *Hinc igitur*  
*Dei misericordia fastum esse colligimus, ut non*  
*panci Christi fundamentum illud, de quo loquitur*  
*Apostolus, retinerent, ab Antichristo licet con-*  
*cussum ac pro virili subuersum fuisset.*

*Postremo cum Cypriano dicimus: Si maiores Cypr. lib. 5.  
mei aut ignorantia aut infirmitate lapsi (funda- epist. 3.  
mento tamen inmixti) ea non obseruarunt ac tenuer-  
unt, qua D̄ominus suo exemplo & authoritate*

O ÿ docne

docuerat, quod nimium quam certum est, Dei clementia veniam illis indulgere potuisse: At (quod pius ille doctor adiicit) nihil est hodie quod nos excepte lactemus, ab eo sedulo elocti & fideliter admoniti. Verum hac de re proximo capite fusius.

IAM VNICVIQUE INCVM-BERE, VT AB ANTICHRISTO secessionem faciat, eoque Romanistas schismaticos esse, non eos qui ab eo recedunt.

C A P . X .

**H**Æc quum ita sint, qualia à nobis descripta fuerint, non usquequaq; necesse esset rationes annotare, quibus adducti à Pontificis communione & toto illo cultu, quæ in Ecclesiam inuexit, g. Iohann. vlt. secessimus. Quis enim ille ipse sit Antichristus, cuius periculum Ecclesiæ imminebat: ipsius autem synagoga idolatriæ Babilo, quæ fugere inuenitur, nisi velimus ipsius peccata & plagi participare, iræ & Dominicalicæ, quem illi misericordia Dominus, haurire: equidem non obsequi, per uicacis in Deum contumacia esset. Ac sane si Romanis ciuibus licuit dñ Galli verbis potiebatur, ad Camillum in exiguum Veterum oppidum se recipere: tumq; patrum iudicio, Romanaliceret menii starent, Respub. Veijserat: Multo magis nos egredi templo oportet, quod Autichristus occupatum miseris modis prophecauit, cui abigendo primo impetu paves esse nō possumus, quo usq; collectis & receptis ex ipsius vngubus & fauibus Christi seruis ac militibus, Deo pro-

propicio & hunc fugare & Deiculum restituere possumus. Quid an non is proditor & lēsic maiestatis reus habetur, qui arma signaq; prorogis sequitur, qui quidē in principē suum rebellionē molliatur? At multo magis & Dei gloria & eius qui suis sanguinis precio nos redemū proditores erim⁹, si aduersus ipsum Antichristo militemus, & ab eius partibus stemus, quiregis nostris solū inutis, praesertim cum prorogis aut vicarij generalis titulum mentiatur, in simis Episcopis nec pilo quidem maior. Autamen ut dubitationes tollam, quae de hoc capite negotium facessere possent, pluribus expōnere non detrefabo.

Quamprīmū Dñs pro sua benevolentia nobis agnoscere cōcessit, falsa esse diplomata, quibus ab usus Pontifex se caput esse Ecclesiae profitebatur: atq; partim doctrinae, partim notarum, quibus insigniri debuit, examine palā nobis innotuit, illum ipsū, nec alium quenq; Antichristū esse: veritatē in Ecclesia prædicarūt ij, quibus concionandi manus incūbebat: Quid docendi partes suslinebāt, eam libris euulgārunt: nec pauci, quibus Dñs animū & zelū impartitus est, clara & sonora voce in medijs etiam ignibus eam suo testimonio sanciuerūt: Rebus publ. & populis hoc fuit indicatū, Principum auribus ioclamatum, sponsionibus additis, medio concilio libero, doctrina Papisticæ impietatē probatum iri. Vbi vero ad Concilium ventum est, re-  
Concil.  
pudiata est ex Scripturis disputatio: non eorū, vt  
Constanc.  
fides data postulabat, vimicæ rationes exauditæ:

O ij sed

sed ipsi contra fidem vni concremati fuerunt: Atque ut semel spes omnis liberi concilij præcideretur,  
 nec ullus fide publica tntus accedere auderet, Lex  
 sancta fuit, hæreuiis non esse seruandam fidem.  
 Ab eo tempore cum nihilominus liberum Con-  
 cilium urgeremus, non vocati dannati fuimus,  
 unoque hoc responso repulsi ista omnia iampridè  
 fuisse decisa, de quibus frustra impollerum moue-  
 retur controversia. Atq; ita communione Ecclesie  
 Romana nobis interdiu fuit, tum q; fiammis, te-  
 lis, bellis, furiosis cædibus in nos sciuū est: Tandem  
 cum verba nostra nihil fierent, in Concilio nobis  
 aures præcluderetur, excommunicatione arceremur  
 ab Ecclesia Romana, Apostolorū (quim Iudaica  
 synagoga Christi causa ejusceretur) vestigia seruit,  
 colendo Dei causa cōuenire cœpimus, clam primū,  
 deinde liberius: quinq; nec ullum cū Antichristi  
 idolatria cōmerciū habere, nec primo momento  
 possemus illum de solio deturbare, Regibus terræ  
 tantā tyrannidē propugnantibus: & à nobis ipsi &  
 & ab alijs omnibus, qui dicto audientes esse vellēt,  
 servitutis ingum excutere conati sumus. Nam igitur  
 obsecro, siue rem ipsam, siue in agendo formam  
 speles, quid habent aduersarij quod merito mor-  
 deant? Si rem ipsam atiēd̄s, secessonis causas le-  
 uiculas non habemus: Verum apertā idolatriam,  
 crucis Christi exinanitionē, ipsam perditionē salutis  
 regnum occupantem. Deniq; nos à confusionis prin-  
 cipe subduximus, quem compertum habebamus à  
 Dño nostro aperta rebellione defecisse. Quin &  
 ipso

iporum iudicium appellamus, nū licere existimant,  
ab Antichristi cōmunione facessere, Christis oīum  
inuadentis. Etenim si conniveant omnes, quis illū  
reteget? A seclā sīse praebeant omnes, quis illum  
fugabit? si toto orbe labia comprimant omnes, ubi  
spiritus ille Domini ipsum ore suo perditurus? Si  
Antichristū esse negēt: nos probandū suscipimus:  
nec iam de secessione, sed doctrina nostra agitur. Si  
vero formam in agendo reprobant, eodē nobis-  
cum iudicio Apostolos inuoluit, qui cum vniuer-  
sum Israēlem peruagati essent, sexcentaq; pericula  
subiissent, ut Christum in propriam familiam, me-  
diūq; templum introducerent, tandem autem vi-  
llata excluderent & excōmunicationibus: eum  
priuatis primum ædibus exiguo cōetu exceperunt,  
quousq; tandem orbem vniuersum ipsius imperio  
addixerūt. At isti nihilominus inclamant, nos cō-  
munionis in Ecclesia vincula abrupisse, altari al-  
tare erectum opposuisse, schismaticos esse, & quid  
non? At isti idem Pharisaici erant in Apostolos  
clamores: Vos templum polluitis, altare, legē, &c.  
Hic autem Reges & populi vndeque in nos ar-  
mati insurgunt. Hæc sunt ergo ad quæ respon-  
dendum esse existimamus.

Primum, Ecclesiae communione non locorum sive  
vnitate sive distinctione finienda est. Multi enim  
licet extra septa, charitate nihilominus sunt intus:  
ac multi rursus, si fidem species, sunt alieni, qui  
tamen in caulis degunt. Germana igitur Chri-  
stianorum communio fide & charitate constat,

O iiiij quana

quam August. contigitatem aut potius cordis & doctrinae unitate appellat. Schisma autem in harum ipsarum rerum discrimine sine repugnantia spectandum est. Quod ad fidem attinet, doctrina cœlestii veteris & novi testamenti continetur, in eum finens spectans, ut in veram peccati agnitionem deductos nos in uno Christo crucifixo remedium querere doceat. At qui ea ipsa est, cuius causa prisorum Dei seruorum vestigia secuti & patimur & morimur, quamq[ue] pedibus Antichristi conculcat & erexit, eoq[ue] nomine affligimur, diris deuouemur, immanter trucidamur. Ergo fidei unitate colimus, cum Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Martyribus, Patribus, adeoq[ue] vniuersa, quæ ante legem, sub lege, sub gratia extitit Ecclesia, mo & sub Antichristi tyrannide. Id si inficiari velint, probationem offerimus: Frustra igitur in schismate perfugium queritur, excutienda est potius doctrina. Si vero fastantur: dum se nobiscum unitatem colere negat, eadem opera recedunt à veteris Ecclesie unitate: ut iam nemini mirum videri debeat, si Papatus communionem refugiamus.

Quod ad charitatis communionem attinet, quæ in communi misericordiarum sensu & sustinendo de alijs iudicio sita est, hic profitemur nos vera Christi membra agnoscere, quotquot unum Deum in spiritu & veritate colunt, & ab uno Christo Dei filio salutem expectant, qui carne assumpta mundi peccata in cruce expiarit, hoc enim est firmum salutis hominum fundamentum, cum huiusmodi hominibus quas-

quascumque tandem regiones & loca inhabitent,  
aliquatenus etiam corruptis, siue quod ad mores,  
siue quod ad doctrinā attinet, vnitatem colimus,  
quam seruunt seruitutem deploramus, patremque  
illum luminum precamur, ut vera illos spiritus  
luce perfundere velit. Ex aduerso nemo nescit,  
Pontificium Consistoriū totos iam sexcentos an-  
nos excommunicatione ferire Ecclesias Orienta-  
les, eo solo nomine, quod Romano Pontifici subiici-  
nolint (quod ad solum ipsius ambitionem pertinet)  
easque Turcicā impietati prædam obiecisse, quod  
extrema quoque pati maluerint, quam ipsum ca-  
put Ecclesiæ agnoscere. Cæterum si nosrum cha-  
ritatis ingenium attendas aduersus eos quietiam-  
num Papatui sunt addicti, quam nihil sit propria  
vita charius, eam ignibus, aquis, gladijs obieci-  
mus, ut veritas illis patefieret: Deumque quo-  
tidianis precibus rogamus, vt eos spiritus sui lu-  
mine ornare velit. Quid porro Romanense Con-  
sistorium? quibus potest rationibus nobis interne-  
cionem molitur, & 60. ab hinc annis, quibus tot  
populi liberum Concilium efflagitant, vsque adeo  
ab omni charitate alienū fuit, vt neque ecumeni-  
cum nec nationale extorqueri potuerit, vt saltē  
ijs, quos nobis impingit, erroribus liberari posse-  
mus: hoc vnum respondens Principibus, qui illud  
tanquam necessarium vrgebant; Agi de capitibus  
iam multo ante tempore decisis, de quibus nulla  
amplius controversia moueri debeat. At quifruo-  
la omnino est hac exceptio, vt paulo ante expli-

O v

cuimus.

euimus. Attamen quaro, quem senatum vel  
inter profanas gentes esse existiment tam barba-  
rum & ab omni humanitate alienum, cum etiam  
quum de singulis hominibus agitur, qui mutuis  
inter se dissidijs laborent, quin eorum controversias  
licet iam decisas pacis causa rursus excutere ve-  
lit? Ergo Romanense consistorii vel sua doctrina  
ve diffidit, vel charitatis est expers, & &copia  
laborat, praesertim in re tanti momenti, & qua iam  
dimidium Christianitatis orbem respicit. Denique  
ut paucis absoluam: optimè nobis conuenit cum  
doctrina sacris libris comprehensa, sed pestiferas  
Papatus glossas & traditiones omnino abiicim⁹:  
Veritatem autem medijs templis fratribus com-  
municatam voluimus: Contra vero Papam quum  
sibi ne fordes retegerentur male metueret, nō au-  
scultare sed pellere, excommunicare, perdere ma-  
linit. Pontifex ergo cum suis is ipse est qui com-  
munionē Ecclesie Catholice discendit. Nos vero  
minime, qui huic retinenda causa nullas ratio-  
nes nullaque pericula subire recusauimus.

Secundo quod altari altare oppositū obijciunt,  
si Christianæ Ecclesie naturam speciemus planè  
est & post diuinorum. Antiquitus sub lege unicum  
erat templum, unicum altare: alibi sacrificare ne-  
fus erat: Vnde Iudei etiamnum in variis mundi  
plagis dispersi sacrificijs abstinent. Namobrem  
qui altaria in Dan aut Bethel erigebat, etiam si soli  
vero Deo licassent, idque ad formam in lege præ-  
scriptam, reicpitio erant, expressi Dei mandati  
trans-

transgressione, cui non sacrificium, sed obedientia placet: adde quod sacram populorum omnium in venturo Christo vincitatem dissoluebant, cuius typus in una Hierosolymorum vrbe, templo uno & altari uno proponebatur. Hinc illud est, quod nūspiam alibi prophetas legimus cultum Dei constituisse, tum etiā cū Idololatria Hierosolymitanum templum contaminatissimum esset: sed quam apertissime inmehebantur in illius patronos, nūquam alibi sacrificantes. Verū uti sc̄epe iam à nobis dictum est, alia est exhibito Christo rerū constitutio. Orbis uniuersus est Hierusalem, templum, altare Domini. In precibus nibil Orientale aut Occidentalem plagam moremur, sed quaquauersus in Deum respiciamus, semper Dominus Iesus Christus occurrit. Qua de causa quū Hierosolymis in templo Christum docere nō licet, Apostoli in domos introduxerunt: quibus rursus expulsi, puluerem pedibus excusserūt, aliog profecti sunt. Intellecta etiā Dei vindicta spiritus sancto præmocio in vrbe quæ Christū crucifixera t mōra nulla fuit (Euseb̄io teste) quin cætum suum, id est, verā Hierusalem vero q̄ Abrahāmitas educerent, & in oppidulum Pella trans Jordānē colligerent. Ergo si tēpla Costantinopolitana in Mahometica Meschib mutata sunt: cur illis in Perā nō liceat & Deū colere, & laudū sacrificia offerre? Si rursus Antichrīsus in medijs Ecclesie Romane templis sedeat, Christū sane matrijs colamur: ac in perditū illū cōcionantes, si tēplorum camerae nō ferāt, certè quidē

sub

Sub cœli concavo id sicebit quod quaqua uersum est  
ex æquo Domini templum. Hæc ipsa causa est vi-  
delicet cur cū Reges & Principes rebellionis pœna  
interminarentur, ne in templis in eam que illic  
feruet Idolatriam inueheremur: Dei autem man-  
dato incumberet & Idola fugere, & veritati testi-  
monium ferre: vere pios, quibus locis potuimus,  
collegimus colendi. Eicauſſa ex verbi ipsius præ-  
ſcripſio, Hierusalemque in urbem Pella deduxi-  
mus, Apostolico exemplo, ea que libertate freti,  
quam Christus Ecclesia Catholica concessit. Ve-  
rum Romascedentes, Hierusalem cœlestem in-  
colimus, doctrinæ Apostolicae superstructam.  
(Neque enim Roma sedes est altari Domini pecu-  
lariter sacrata.) Sed altare Christi, Antichristi  
altari, & templum ex viuis lapidibus, lapidi inno-  
angulari imixum, idolorum templis, petræ scan-  
dali, Antichristo videlicet superædificatis oppo-  
nimus. Roma ergo & Hierusalem longo inter-  
vallo diſſident: unde conſequitur longè diuersa  
eſſe, à fac̄tione Romana, & Ecclesia Catholica  
recedere, cuius illa membrum vix ac ne vix qui-  
dem censi merito potest. Hierusalem templum  
erat Domini, quod iam uniuersi orbis est priu-  
ilegium, ad quem Roma collata minimus est apex.  
Hierosolymis promissus erat Dei filius: Roma  
filius perditionis. At qui ab illo peculiari Dei Tē-  
plo à quo ſalutis excludebatur, Apostoli recesserunt,  
atque adeo Christianos, ne eadem ruina inuolue-  
rentur, alio tranſiulerunt. Ergo cultus Ecclesiæ  
Roma-

Romane, quæ perditionem ipsam adorat atque defendit, habent nos refugere nos oportuit, nisi vellimus horrendam Dei vindictam in capita nostra accersere, quam ijs denunciat spiritus sanctus, qui Apoc. 13.  
inde egredi recusarint. & 18.

Tertio, longo interuallo discrepant, Papatum Aliud à Pa-  
refugere, & ab Ecclesia, quæ miserrima illius ty-  
rannide premitur, discedere: quemadmodum a-  
liud est urbem, aliud pestem, quæ urbem intua-  
sit, effugere: Aliud à republica discedere, aliud  
tyranni iugum excutere. Qui pestem fugiunt, hac  
fugata in urbem regredi statuunt: Et qui ty-  
rannidem horrent, hac profigata cum ciubus  
oppressis unitatem meditantur. Imo si men-  
tem intueraris, absentes licet, urbem & re-  
publicam incolunt, suis ciubus compatiuntur, ser-  
uitutem deplorant, libertatem quibus possunt ra-  
tionibus procurant: Tyranni vero quāvis in me-  
dia quam occuparunt urbe degant, non reipublicæ  
tani, sed ex Ciceronis sententia, omni generis hu-  
manis societate exterminandi sunt. Ea fuit Thra-  
fibuli conditio, Phylis triginta tyrannis Athe-  
niensem rempublicam dilacerantibus: similis e-  
tiam Camilli, Veii Romanam vastantiibus Gallis:  
Eadem Athanasij paucorumque piorum Romæ,  
cum quum Ariani Constantio Imperatore freti  
Ecclesiam Alexandrinā diripiebant & corrum-  
pebant. Sic quoque plane nos affecti sumus erga  
Gallicam, Belgicam, Italicam, similesque Ec-  
clesias, quarum fauces Antichristus premit, ut  
saltu-

salutem eirent. Iam faceſſat Antichristus cum  
tota factione & fodiibus, quas in Ecclesiā in-  
uexerunt, nihil nobis prius erit, quam ut magno  
concurſu ad eos redeamus, coniunctisque animis  
eadem templa adeamus, ſacrificia laudis pro ipſo-  
rum liberatione Deo perſoluturi. Quile luſi pre-  
diantur, eos nos ſlatim ingredi iuuabit. Interim  
Deum precamur, ut eos abigat, eorumque fau-  
cibus oues pro ſua misericordia eripat, adeoque  
ut liberentur pro virili enitimus. Denique ſi do-  
ctrinam veteris Eccleſiae Romanae ſpelle, hac de-  
nunca inter nos conuenit: ſed Paſtoralam qua pre-  
muntur ipſorum conſcientiae dannamus. Ve-  
ram etiam charitatis unitatem retinemus. Ete-  
niū quæ poſſit charitas ſincerius extare, quam  
ut viam alicuius cauſa profundamus? Atqui  
tyrannum, qui ipſorum animas ſuffocat, ita  
refugimus, ut ſumma Dei misericordia eripi  
eorum cauſa magnis animis bellum illi indi-  
camus.

His ita pofit is, facilimum eſt dijudicare, utri  
Schismatis authores in Ecclesijs Occidentalibus  
cenſendisint, aduersarijne annos.

Papa Schif.  
mat. ex C. a.  
nonibus.  
24. queſt. 1.  
non affer-  
m̄o, & queſt.  
3. & ibi  
gloſſa &  
doctores.

Canones Schisma non ex numero aut loco,  
ſed ex cauſa definiunt; eumque Schismaticum  
pronunciant, non qui primus fecellit, ſed qui  
Schismaticam cauſam dedit: quemadmodum non is  
qui primus litem intentauit, ſed qui in denegauit, litis cauſa cenſendus eſt. Nos vero  
Pontificem cum suis Praelatis de reformatio-

Tertul. de  
preſcript.  
ſacret.

exscripturis & vetera forma Ecclesia interpellauimus, ut cum fratribus unitatem retinere mus. Illi vero aquissimas postulationes non modo repudiarunt, sed nobis inauditis communione interdixerunt. Illi ergo Schismatici habendi sunt, non nos, qui etiamnum reformationem vrgemus, ut rursus coalescat unitas.

Canon item essentialem Schismatis causam esse definit charitatis defectum. Itaq; nos eripie-  
dorum ab errore fratrum causa vitam profudi-  
mus: At Romanenses illi Pralatinum quam liberi  
Conciliij quantumvis vrgeremus, potestatem se-  
cerunt, ut nos ab erroribus, quos nobis tribuunt,  
liberarent; nos potius in suos cœtus non luce iuri-  
dos, sed concremandos vocarunt. Et quotquot coe-  
gerunt Cœilia, non ut mederentur rationes mie-  
runt, sed de nobis perdidatis coniurarsint. Quis igi-  
tur istos à charitate alienos ac proinde Schismatis  
auctores esse neget?

Age vero vel ipsū ius Canonicū, id est, Papae ipse Doct. Bo-  
nos docet, Pontifice illum Schismatis & hereseos non in Cō-  
zelosum esse, quidissimum in Ecclesia de ijs quæ ad cil. de Schis.  
salutem pertinent inueterascere patitur. Quod si de Benedict. 13  
remedio per Concilium liberum adserendo inter- & Greg. 12.  
pellatus id detretet: tum non Apostolicum, sed Item apud  
Apostaticum & Schismaticum habendum esse. Taeod. à  
Ab eiusmodi ut se subducant, Cardinalibus, Præ- Niem. 13.  
latis, Presbyteris, populis, prouincijs incumbere: Culanus de  
quod quantum in se est, nutriant populu & Concord.  
infantes excrescentes ad duo capita, & duas Cathol. lib.  
Eccle-

1. 1. 1.

2. 2. 2.

3. 3. 3.

4. 4. 4.

5. 5. 5.

6. 6. 6.

7. 7. 7.

8. 8. 8.

9. 9. 9.

10. 10. 10.

11. 11. 11.

12. 12. 12.

13. 13. 13.

14. 14. 14.

15. 15. 15.

16. 16. 16.

17. 17. 17.

18. 18. 18.

19. 19. 19.

20. 20. 20.

21. 21. 21.

22. 22. 22.

23. 23. 23.

24. 24. 24.

25. 25. 25.

26. 26. 26.

27. 27. 27.

28. 28. 28.

29. 29. 29.

30. 30. 30.

31. 31. 31.

Nonian. Ecclesiæ. Quotquot autem coniungunt, ex ijs p̄ae-  
 cum glof. & c. seq. 24. q. fertim, qui ex munere & vocatione resistere tenē-  
 z. in summa & cap. dici  
 m⁹ in glof. 2 iuramentis, clientelari fide, homagij, obligatio-  
 An. 1407.  
 15. q. 6. nos  
 sanctorum 6. ijs regulis consilioq. theologorū Parisiensium ad  
 & can. iura- duci seipsum, regnū, subditos, cōmumione Ioannis  
 zos, iuncta 22. l'ont. exemit: deinde etiam ijsdem consultori-  
 declaratio- Innocentij  
 19. distinct. bus Benedicto 13. & Gregorio 12. obsequiū dene-  
 Anastasius gavit, Principes omnes ut idē faceret hortatus, q  
 & cap. nulli 79. dis. c. si illi (ut habetur in p̄testatione) veteratorijs ariib⁹  
 quis pecunia fouerent Ecclesiæ dissidia: & liberi cōciliij & Ec-  
 2. q. 7. Sacer- clesia arbitrio, que via trita est, se permettere re-  
 dos. & ibi glos. Ber- cusarent. Enim vero iam ante centum & 60. an-  
 nard. Guar- dus in hist. nos agitari cœpit hæc controuersia, & ab hinc 60.  
 Car. sexti. annis totam Europam cōmonuit. Principes & po-  
 Literæ Aca- dem. Paris. pul liberum concilium efflagitarūt: l'ontifaces at-  
 apud Theo- tem modo hac modo illa via subterfugerunt: in-  
 a Niē. tract.  
 6. c. 14. 15. & te im vt nos pessundent, nihil intactū relinquunt.  
 lib. 3. c. 34. Item in lib. Palam igitur constat, totam istam factionē etiam si  
 Nemus vni. (quod tamen agitur) de Christianæ reipub. salute  
 10m sc. 7. non controuerteretur, ex suis canonibus Schisma-  
 tici esse: Qui vero ipsiis communet, Schismatis fau-  
 tores: Eos vero quise ab istorum obedientia sub-  
 ducent (etiam si l'ontifaces capita essent Ecclesiæ,  
 ac non potius Antichristi) aequissimo iure miti, a  
 Schismatis suspicione & ijs quæ vide consecuta  
 sunt malis & confusionibus, immunes esse. At-  
 nem si Papa est Antichristus, (quo loco illum  
 habemus) si Papatus doctrina saluti in Christo  
 adiuver-

aduersatur, si cultus vniuersus in Ecclesiis, que  
illum agnoscunt, Ecclesiaque Romana dicuntur,  
scotus est idololatria contaminatissimus: Frustra  
queritur, an merito nos subduxerimus: sed indu-  
bitata colligitur haec conclusio, nos in Deum Crea-  
torem, in Christum fernatorem, nunquam vitæ  
authorem, in Ecclesiam altricem, in fratres deni-  
que atque adeo nosipso proditores fore, si non in  
blasphemias ipsius contestemur, obsequium illi  
denegemus, illius communione nobis interdica-  
mus, si denique non omnes vires & conatus ex-  
plcemus, ut is omnibus innotescat, & ab ipsius  
tyrannide mundus liberetur.

Verum enim uero lic nobis responsant, Mosen  
ab Israëlitico populo circa vitulum aureum idolo-  
latria contaminato non secessisse. Id quidē admit-  
to: Verum additum oportuit, Aaronom à Moše Exod. 33:4  
reprehensum, populu castigatum, vitulum commi-  
nutum, & in aquas proiectum fuisse. Curigitur,  
quam fugare poterat idololatriam, fugisset? Absit  
ergo ut Moše simus morosiores. Idola sua nobis  
confringenda permittant, Idololatriamq; templis  
profugandam: quin statim redeamus, nulla in nobis  
erit mora. Rursum obiciunt, Christum ne templis  
frequentaret, profana quorundam negociatione  
non fuisse absterritum. Atenim longum est discri-  
men inter nundinationes illas, & Ecclesiae Ro-  
manæ idololatriam. Verum age, idem quod Chris-  
to inter Iudeos, nobis liceat, ut scorti illius mer-  
catores ejiciamus Ecclesia, in quo simoniacis ar-

tibus de animabus quæsum institutum: illic flatim  
 Teretia 19. nos sistemus. Adhuc Ieremiæ cōciones in Tophib  
 obrudunt, locum horrenda idololatria spuriissi-  
 mum. At celatum non oportuit quod expressis  
 verbis additur, in idololatriam graniter inuectū  
 fuisse. Amos 5. Amos (inquit) in Bethel Amasæ sa-  
 credotis sanctuario prophetauit: Verum id factum  
 adiabant, ut horrendam Dei vindictam, quæ ca-  
 piti ipsius imminebat, intonaret. Sic & vir ille  
 1. Reg. 13. Dei prophetauit in Bethel Hieroboamis seculo: sed  
 prateriri non debet ipsis quoque sacerdotibus de-  
 nunciasse suo ipsis altari olim idolothyta futuros:  
 imo & oblatum regiae domus hospitium planè re-  
 pudiasse, quod admonitioni rex non auscultaret.  
 At nos aliquid amplius addemus: Nobis ipsi me-  
 dijs in templis mediaque idolorum turba concio-  
 nandi facultatem concedant, nulla vi externa ad-  
 libita, sola Dei voce idola concussa hand dubiè  
 corruent. Arcam sacrumque Dei fœdus nos in  
 templis collocare patientur, paruo momento suos  
 Dagonas frustatim concidere videbunt. Ergo cō-  
 cionandi causa ingredi non recusamus: siquidem  
 hoc unum imprimis expetimus, ut Dei veritatē  
 omnium oculis subijciamus: verum ea lege ac-  
 cedere, ut taceamus, ferre nullo modo possumus.  
 Væ enim ijs qui blasphemias in Deum suum sine  
 contestatione auribus hauriunt, aut qui quos vi-  
 dent errantes fratres in viam non renocant. Ere-  
 go Ieremiæ, Amos, & viri illius Dei vestigia  
 secuticuram Regibus, coram populis, coram ipsis

CITANT

etiam βδελύματι protestabimus, ut certè ante  
hoc fecimus, protestationesque nostras effuso san-  
guine sanciuimus. At rursus horum ipsorum ex-  
emplo freti, alcati quod Achasus ad typum Da-  
masceni extraendum curauit, sacrificia nostra non  
imponemus, quantumuis ad tantum facimus con-  
niuente sacerdote Vria. Nihilo magis (quod &  
illi recusarunt) in Dan aut Bethel adorabimus:  
Abfit, inquam, ut vlla nobis intercedat cum An-  
tichristi sacrilega impietate communio. Neque  
enim id agere impietate, nec silere proditione in  
Deum, aut ab inquirendo abstinere stupiditate ca-  
rere. Inexcusabilis porro cecicitis esset, in tanto  
qui totum orbem collustrat splendore in operibus  
istis tenebrarum incedere.

Sed enim hic excipiunt: Si Papam Antichri- Quare Espi-  
sum, cultusque nostros idololatricos censetis: tilma in  
Cur Baptismate nostro tingimini? Aut si hoc Ecclesia Re*2*  
admittitis, cur cum nostra Ecclesia communio- manu a dñe*2*  
nem detracatis? Primum hic obseruandum tamus.  
est, eam fuisse Dei aduersus Ecclesiam miseri-  
cordiam, ut Antichristo in Baptismum Chri-  
sti (si rei essentiam spectes) nihil licere volue-  
rit, quantumuis multis superstitionibus inuoln-  
tum, quemadmodum & Circumcisionem fœde-  
ris oppayda, in regno Israëlitico & Iudaico  
feruente licet idolatria, illibatam seruauerat.  
Hinc colligimus, Ecclesiam Romanam like-  
ros Deo edere per Baptismum, sed quos de-  
inde sua idolatria Satanae alat & educet:

P ij                    eadem

Ezech. 16. eadem ratione qua testatur Ezechiel Hierosolymam & Samariam liberos Deo generasse, non secus ac marito suo quae est adultera, nondum dissoluto matrimonio: sed quos Molocho. i. idolis immolarent.

Aug. passim  
de Bapt. cōtra Donat.

Concil. Ni-  
conium.

Præterea ex Augustino addimus: ubi seruatur integra baptismi forma, non hereticum, sed hereticorum manu Christum baptizare. Atque hic veteris Ecclesie morem & Niceni Concilij decretum retinemus, quo cauebatur, ne ab hereticis baptizati, si ab heresi discederent, rursus baptizarentur, nisi exceptis, qui Samosatenorū, apud quos essentialis baptismi forma perierat, lauacro initierant: sed qui, si propriè loquaris, non rebaptizabatur, quoniam illa sublata, nullū superesse baptismum necesse est. Nos vero Dei beneficio non in Antichisti aut idolorum, sed in nomen Christi baptizati fuimus.

Tertio iam inde ab infantia baptismio in dominum Dei adoptamur: sed in eius familia censeri non sufficit, nisi cum ex mandatorum ipsius prescripto colamus: alioqui nos baptismi privilegio fraudamus, qui & teste Aug. in maiorem cedit condemnationem. Ergo perinde ius hoc se habet, atque in ciuitate vel Republ. indigenarū, quo tenemur bonorum ciuium munera obire: alioqui si vel partes tyranni amplectamur, vel hostilia armā in Reip. leges feramus, non perduellum, sed proditorum & parricidarum scelere tenebimur. Quantumuis enim sub tyrannide; Reipub. tamen natissimus, & in ciuium censu, non autem tyranni mancipiorum catalogo conscripti, etiam si penes tyrannum aut ipsius

ipius ministros catalogus esset. Porro sub tyran-  
nide nato cui, qui tyranno mancipatus fuerit, culpa  
autē agnita, ad Reipub. propugnatores configerit,  
indignum licet rebus ante gestis omnino se prae-  
buerit, quid nouas ingenuitatis tabulas proferre  
opus est? Ita & ei, qui sub Papatu natus sit, An-  
tichristum propugnarit, facioniq; illius se addixe-  
rit, alij sue hæreticis, qui Christum oppugnarint, si  
modo ad officium redeant, altero baptismo nihil  
opus est. Fac enim eiusmodi hominem Christo re-  
nunciasse: Christus tamen se iure quod in ipsum  
habebat non abdicavit: ac tantum abest ut nullo  
loco habeatur baptismus, ut hic ipse qui sine bap-  
tismo simpliciter hostis habitus foret, hoc ipso no-  
mine & proditor & laſe maiestatis reus censea-  
tur. Ergo criminis absolutione, non baptismi re-  
nouatione indiget.

At enim inquit, Baptismus solius est Ecclesiæ  
peculum: ergo vestra à nobis secessione ab Eccle-  
sia quoq; disceditis. Respondeo: Baptismus in sola  
exitat Ecclesia, nec Romana nomen Ecclesiæ de-  
negamus, quin & eo ipso quod Antichristū isthic  
sedere dicimus, eō Ecclesiam esse profitemur: nus-  
quam enim alibi sedere oportuit. Verum aliud est à  
Romana Ecclesia sordibus Antichristi fœdata,  
aliud ab Ecclesiæ vniuersalis societate discedere,  
ut paulò ante à nobis explicatum fuit. Deinde nō  
ab Ecclesia, sed ab idolatria: non à Repub. sed ab  
oppidente Rempub. tyrannide: non ab urbe, sed  
urbem infestante peste recedimus: non denique

populi communionem, cui fausta omnia atque adeo  
salutem summis votis precamur, sed Antichristi  
totiusq[ue] illius factionis conspirationem subterfu-  
gimus. Ergo baptismū quo consecrati fūimus cō-  
firmamus, medium ut irritum velimus: hoc enim  
sacramento ut Deum colamus, Salane vero ab-  
renunciemus, obstringimur. Itaque nostram in eo  
operam collocamus, ut cum ex verbi præscriptio  
colamus, idola facessere inbeamus. Ex ipsis ciui-  
tatis tabulis & iure nobis incumbit, ut præcas  
Reipub. Christianæ, id est, Ecclesiæ leges tueamur:  
quāobrem in mediū proferimus Dei, Legislatoris  
ipsius, legē: Ecclesiamq[ue] liberandā procuramus ab  
oneribus & ingo quæ miseriis cōscientijs Antichri-  
stus imposuit. Per baptismū sacramento nos ipsos  
Christo deuinxiimus: Papa autē cultum nostrum à  
Christo ad se ipsum suaque idola translatum cupit.  
Nos vero Christo aduersum Antichristum &  
Ecclesiæ aduersus Antichristi coniurationem ser-  
uitia nostra consecramus. Nam Deus, quæ sum-  
ma est ipsius misericordia, in eum sinem in Eccle-  
sia quantumvis oppressa & feedissimè deformata  
nos voluit esse baptizatos.

Atqui ministerius, quem Antichristū dicitis,  
vos (inquit) baptizariunt. Caput quidem aqua  
asperserūt: at solus Christus baptizavit. Tyranus,  
aut pro ipius arbitrio cōstituti ministri manu sub-  
lata iuramentum exegerunt: Verum Reipub. non  
tyrannidi in nomine Christi, non Antichristi iurati-  
mus, immutato verum statu, integra tamen manet  
in suis

iurandi formula. Ne fidem igitur fallam, incium  
castra me recipiam, puram Ecclesiam, quo-  
cunque tandem loco sita sit, persequar, atque An-  
tichristi, qui iurandi praetextu iurandum te-  
merare me cogit, communionem refugiam.

Deniq; ut locū hunc concludam, nobis ex prae-  
cepto incumbit, vt veritatē prædicaremus: parui-  
mus, sed excommunicati fuimus. Alijs locis legi-  
mus, Fugite idola, & exite Babylone: obsequuti  
fuimus, sed tum cum hominū in veritatem perni-  
cacia eō nos adegit. Tandē Apostolos imitati, cum  
magistratus autoritate templis intercluderemur,  
pios in cædibus priuatis, Hierusalemq; in oppidum  
Pella receperimus. Si rem ipsam respici. is, nullus su-  
perest calumniæ locus: expressis enim testimonij  
nitimur. Sin admittas, id quidem factum oportu-  
isse, sed has ministrorum nostrorum non fuisse par-  
tes: ergo iam de sola vocatione queritur, quam  
quæstionem proximo capite exequemur.

## REFORMATÆ ECCLESIAE MINISTROS LEGITIMA VO- catione fretos Ecclesiam restau- randam procurasse.

CAP. XI.

**Q**uandoquidem aduersarij, grassantes in Ec-  
clesia corruptelas inficiari non possunt, nec  
tyrannidem Antichristi aut appendices alias, ex  
quibus illam in libertatem afferere conamur, ut  
quam tardissimè fieri poterit, controversiae nodus

P uij      expla-

explicetur, tergiuersantur, ac querunt, qua voca-  
tione freti nostri pastores Ecclesiae reformande ac  
docendae partes suscepient. Hoc illud est quod Mi-  
chele pseudopropheta Sedecias regerebat: Quādo,  
inquit, transiuit Spiritus Iehouæ à me, vt te  
alloqueretur? Ita & Pharizæi, Tu fabri es fi-  
lius, quis te misit? Quibus ex Christi verbis, res-  
tota expediri posset, Verba quæ loquimur, te-  
stimoniū reddunt de nobis. Adhac longa  
successionis serie filiorumq; Abrahæ & Petribæ-  
redum successione efferuntur, quibus Christus,  
Ioan.8. Vos semen Abrahæ estis, attamen vos à Pa-  
tre diabolo estis. Et Paulus: Ne quis vos se-  
ducat, futurum est vt Antichristus sedeat in  
templo Dei. Attamen quandoquidē hoc fulcīt  
integris voluminibus fulciendū nō ita pridem cu-  
rarunt, accuratiū rem totam discutere iunabit.

Vrbe flammis infestata, aut hoste scalis admotis  
etiam medijs in tenebris tentante, si quis ex infima  
plebe vigilias excitet dormientes, vel ex ciuii vel  
etiam exterorum numero, quo iure id faciat nemo  
querit, multominus etiam in iudicij pertrahitur,  
quin potius ad aquam & mœnia concurratur, quid  
rei sit spectatur, ipseq; monitor gratiā ab omnibus  
refert. At vero nos àm Antichristū in Ecclesia  
sedentem retegimus, illiusq; medio in Concilio &  
coram arguendi partes suscipimus, non admittim-  
ur, non rationes expenduntur, non Scripturis  
expressa vera illius effigies agnoscitur: sed qui su-  
mis, quone iure admonendi munus arripiamus,

que

quaritur, atque adeo graviora in nos supplicia,  
qui in ipsis reipub. proditores decernuntur. Quod  
si eadem ratione agerent arcium praefecti nonnunq;  
admoniti, annon facilis pateret hostibus ad omnia  
praesidia adire? Et quis Princeps, obsecro, non illos  
in litorum catalogo, ut partium studiosos adscri-  
beret? Evidenter non hic quae sunt insignia nostra, sed  
qua sunt Antichristi notae & doctrina controve-  
titur: Quod sit eorum quos admonemus officium  
quaritur: Salus omnium adeo que nostra agitur. Si  
vera est admonitio, est Ecclesiae salutaris: si falsa,  
nobis. Expendantur igitur eorum quae dicuntur cir-  
cumstantiae, non eorum qui dicunt qualitates. Ca-  
tilinaria cōmūratione senatus patientē fōrdidissimae  
feminae prabuit aurem, aduersus amplissimos in  
repub. viros. Gallis intempesta nocte Romanum  
Capitolii iuidentibus silebat excubiae, muti ca-  
nes erant, solae anseres cōanxerūt, unde quaerit  
āmē magna cura concursū est: ac nī clangor ille ob-  
stisset, vrb̄ illa perierat, quae paulo post mundū  
vniuersum perdomuit. Age igitur in insimis Ec-  
clesiae sub sellijs sedēamus, audientiam nobis fieri  
āquii est, præsertim cum auribus insurripare ce-  
lum viatorū more nolimus, sed coram Ecclesia, &  
in ipsis etiam quē accusamus auribus, nō nostro,  
sed Dei ipsius nomine audiri postulemus. Porro ad  
erigendas dissipatae Pontificiorū artibus Ecclesie  
rumas legitimam requiri vocationē non ignoramus.  
Ierum hic quoque nos firmiore miti funda-  
mento profitemur, quam eos qui sola hac larua glo-

gloriantur quantumvis magnificis titulis, mundaque quibus turgescunt honoribus superbiant.

Ergo si quarant, qualis fuerit ministrorum vocationis, qui primi nostra memoria deformatam Ecclesiam pristino splendori restituuerunt: Respondeamus, eandem fuisse tum vocationem tum successionem, quibus temere illi gloriantur, sed eam quam abusi fuerant vocatione nostri in Germanum usum reuocarunt, & personata illorum successionis doctrinæ ab alijs depravata successione addiderunt: quas sublata, quævis successio erroris est continuatio. VVielesius enim, Hussius, Lutherus, Zwinglius, Oecolampadius, Bucerius, aliquæ quorum schola Ministri prodierunt, Ecclesia ab Antichristi tyrannie vindices, Presbyterierat, & theologici doctores. Quatenus Presbyterierat & Pastores, docède populo veritatis munus illis incubebat, administrandorumq; ex Dñi insituto Sacramentorum. Quatenus doctores, ex vocatione theologiæ & scriptis & lectionibus explicare illos oportuit, atque ex praescripta omnibus academijs iusurandi formula Ecclesiae veritatē patefacere, doctrinasque verbo Dei repugnantes arguere, & pro viribus propagare. Hi verò inter obvium munus, verbi Dei lectione populo interdictum esse copererunt: cultū autem qui Dei solus erat, partim hominibus, partim statuis attributum, conculcatum pedibus sanguinē Christi, Dominicæ Cœnæ Sacramētum partim Idolatria contaminatum, partim populo eretur; Sacras denique scripuras misere profanatas.

glossis-

glossisque Papisticis tanquam veneno infectas. Quorum ulcerum cum Episcopos & Metropolitanos admonerent, ordinis in Ecclesia seruadicaussum: hæc isti non contemptim tantum exceperunt, verum (ut qui morbi in Ecclesia pars magna essent) in prima persecutorum acie susterunt. Hic igitur quorumvis indicium appello, num ne nostri vocatione adigerentur ut vrgerent, ac porrò pergerent in docenda veritate, & pure administrandis Sacramentis? & an nō alioqui desertæ stationis cōtempti in Deum iusurandi atque in populum perfidae fallacie rei habendi fuerint? Eadem igitur erat & aduersariorum & ministrorum illorum ordinaria vocatio: verum in eo sitū fuit discriben, qd nostri huic gnauiter incubuerunt, quam aduersarij deseruerunt, nostri munus imposū & onus subierunt quod alij excusserunt. Nostri siue oves in pascua montium Israel deduxerunt, alij partim deglutiuerunt, partim feris dilaceranda reliquerunt, partim etiam in turbidas aquas, quibus contabesceret, aquatum egerunt. Finge tibi obsecro magistratum qui sit ad reipub. administrationem vocatus, isque vel negligentia, vel eorum qui præcesserunt malitia depravatas leges reperiat, oppletū iniustitia forum, venaliaq; & omnibus modis corrupta munera: lde reformanda omnia & ad examen legum reuocanda suscipiat: tñ si quis roget quo iure id riggedatur, an non plusquam ridiculus habeatur? Certe quidē ille hoc unum agit, vt vocationi parat. Non enim in corruptelas, sed in leges iuravit,

utili-

vilitatemque ac salutem reipub. imo si hic commis-  
 ueret, direc̄e in vocationē peccaret. Eadem plane  
 ratione se gesserunt primi illi nostri ministri, pri-  
 mum reformationem vrgentes, deinde ipso ex mu-  
 nere manum operi admouentes. Ac sane si daretur  
 A postolos de veris successoribus interrogare, non  
 illos aut corona triplici, aut pallio & diademeate,  
 sed verbicælestis prædicatione ex suo ipsorum ex-  
 emplo definirent. Nam & à magistro didicerant,  
 Eum qui facit quod vult pater, & matrem  
 esse, & sororem & fratrem. Ergo ad primo-  
 rum illorum clangorem excitati pastores, in Bo-  
 hemia, Germania, Anglia, Scotia, Dania,  
 Sæcia, in Gallia, deinde Hispania, atque ipsa adeo  
 Italia, tuendo munere suo sedulo cogitarunt. Pau-  
 lo post regna etiam integrâ reformationem admi-  
 serunt. Episcopi idem qui mendacij præcones fue-  
 rant, ijsdem in templis & cathedralis veritatem  
 præconio suo ornariunt. Hic si aduersarij de suc-  
 cessione querant, stabit vt plurimum nostrorum  
 partibus: perpetua enim serie Episcopis successerunt,  
 qui primum Euangelii docuerunt. Si vocationem  
 vrgent, eandem cū ipsis habent: nunc enim prius  
 negleſtum munus obeunt Episcoporū & pastororū,  
 ad quod vocati erant. Ergo discriminē (vt dixi-  
 mus) in eo situm est, quod quæ siliquis prius pas-  
 bant populum, vīlæ pabulo nutriant, quem Anti-  
 christi luto inficiebant gregē, nunc Christi sanguine  
 ablūunt. Atque hactenus de vocatione primorū  
 in reformanda Ecclesia ministrorū: in qua nec deest  
 si

si quid boni in aduersariorum vocatione est rela-  
quum, & in eo longè antecellit, quod quam isti in  
iniquitia detinent, nostri in usum reuocant, spar-  
tamque quam nati sunt, sedulo exornant. Quod  
si qui etiam in perduto, qualem vidimus, Ecclesiæ  
statu non expectata eorum aut vocatione aut ap-  
probatione, qui sub pastorum larua gregem Do-  
mini miseris modis opprimebant, ab Ecclesijs qui-  
bus ministerium suum consecrabant, vocati fuerunt:  
nihilomagis id mirum videri debet, quam si popu-  
lus in republica libera nihil moratus tyrannorum  
consensum & suffragia, bonos & legitimos crea-  
ret ex legibus magistratus.

Quod ad vocationem attinet eorum qui à pri-  
mis illis in ministros ordinati fuerunt, A postolici  
exempli vestigijs & veteris Ecclesiæ canonibus  
influximus. Et enim sive personis agitur: seruum  
doctrinae ac morum examen institutum est. Hic  
Canon est Pauli: Episcopum oportet aptū esse <sup>1. Timothi</sup>  
ad docendum, & inculpatum. Sin eos qui <sup>3.2.</sup>  
<sup>Tit. 1. 9.</sup> examini præfunt, non unus quispiam hoc sibi at-  
tribuit, sed multi simul ministri, episcopi, presby-  
teri legitimè & ipsi vocati, id est, ut Paulus lo-  
quitur, presbyterium, vel ex Cyprianiphraſi, Ec-<sup>1. Tim. 5. &c.</sup>  
clesiasticus senatus. Dum peragitur examen, ex  
quo pendet electio, Ecclesia pastorum creandorum  
morem imitata, qui describitur in artis, precibus  
& ieuijjs tota incumbit. Qui ita probati sunt, <sup>A. 14. 13.</sup>  
populo indicantur, ut cuius sit liberum, si quid  
babeat quod electionem impedit, in medium pro-  
ferre,

Lamprid. in  
Alexandro. ferre, quem fuisse veteris Ecclesie morem vel  
Ethnicorum monumenta testantur. Tandem Ec-  
clesia tota consentiente, manu impositione docen-  
dæ Ecclesie consecrantur: quam unicam ceremo-  
niam Apostoli Iudaicam Ecclesiam secuti usur-  
parunt. His ita constitutis, ad verbi & Sacramen-  
torum ministerium accedunt. Atque hoc ipsum

**A&C. 19.6.**

In Concil. Laodic. c. 12 eligat clerus, approbet populus: eligendo Episco-  
In Concil. Paris. c. 8. po alij aliquot Episcopi intersint, Rogante cle-  
Raban. in glof. 6. cap. ro, attestante populo. Cauetur etiam, ne Epis-  
Actuum. coporum albo ascribantur, neue iure alios ordinandi  
Can. nullus, & cap. in ordin. dist. 61. cap. fruantur, qui vel precio vel ambitu Episcopatum  
Sactorum dist. 63. fuerunt adiungi. Iam vel ipsa Romana statuat Ec-  
Leo Papa ep. 87. &c lesia, utroru electio Canonibus firmius nitatur,  
90. & annon istos Canones totos in 800. annos con-  
tempserit. Si de Episcopis, sive ordinantibus, sive  
ordinatis queritur: vel favore Principum, vel  
Romanae curia nundinationibus, vel presente  
numerata pecunia a huiusmodi dignitatem subeant:  
nec desunt qui in parentu gratia prius Episcopatu-  
quam lucis huius usura donati fuerint, quinm non-  
dum constaret maresne an foeminae nascituri es-  
sent. Res ipsa loquitur, nemo non videt, pluraque  
non uit, quam prolo qui possim. At si in examen coni-  
cias oculos, quale sit velex eo facile indicari potest,  
quod magna partem Romanae Ecclesie Episcopi  
ignorant, sua ne Missa Græce an Latinè su  
scripta. Vitam autem ut plurimi tam perditæ scele-  
racam vivunt, (quod absque iniuria nonnullorum  
dictum)

dictum volo) ut Cardinales illi à Paulo 3. refor-  
mandæ Ecclesiæ designati in suis articulis in has  
voices erumpant: Per nos, per nos, inquit, nomen Christi blasphematur inter gentes.

A&C. Card.  
Paulo 3.

Quod autem attingit ad populi, quem tātōpere Cy- Cyp. I. 1. ep.  
prianus urget, consensum, praeceps que usurpatum 3. & 4.  
in Eradio, qui Augustino successit: Episcopos Aug. ep. aro  
non serio, sed ludicra quadam ostentatione, non  
approbando sed adorando populo offerunt. Rur- Euf. I. 6. ca.  
sus si gregarios presbyteros spectes, in dōfli Epi- 29.  
scopi indoctiores crearunt, ut & scelerat scelera- Theod. I. 8.  
tiores, adeo ut iam à multis seculis Ecclesia can- c. 9.  
dem quam Scriptura querimoniam usurpare me-  
rito possit, quemuis pro arbitrio manum suam con-  
secrassē. Nostri ergo pastore eandem quā ipsorum  
Episcopi successionem obtinent. Primi enim illis  
Ecclesiæ restauratoribus denegari non potest: sed  
ita ut (quod est rei caput) interrupiā vera dōtri-  
næ successionem restituerint. At vocatio longè est  
certior, magisque canonibus consentiens. Nam ut  
raceam ab ijs ut plurimum fuisse consecratos, quos  
Romana Ecclesia ordinarat: forma ipsa ad Apo-  
stolicum exemplum & veteres Canones reuoca-  
ta fuit, quam planè subuerterat tota Antichristi  
factio. Contra verò examen hoc ferre non possunt  
Romanenses Episcopi, quo adhibito, vix ullus  
reperiri poterit Episcopi appellatione ornandus.

Iis que à nobis disputata sunt, hoc vñ habent  
quod respondeant, primos illos collapsæ Ecclesiæ  
restauratores, Hussum dico, Lutherū, Zwingliū,  
Oecoc-

Oecolampadium, & alios, à quibus nostri propaga-  
gati fuerunt, non Episcopos, sed tantum Doctores  
& presbyteros fuisse. Quibus respondemus, Pres-  
byteros & Episcopos in vetere Ecclesiæ vnu idēq;  
fuisse, ac ne nunc quidem essentiali dignitate, sed  
tutulis & tyaris differre. Sic enim Paulus: Reli-  
qui te in Creta, vt cōstituas oppidatim pres-  
byteros. Deinde quales illi sint describens, O-  
portet enim, inquit, Episcopū irreprehensi-  
bile esse. Narratur itē in actis, presbyteros Ephe-  
sinos à Paulo accessitos fuisse, quos porrò his ver-  
bis cōpellat: Attendite vobis ipsi & gregi cui  
sp. sanct. vos præfecit Episcopos. Et ad Phi-  
lip. scribens, oppidi illius Episcopos salutat. Et Pe-  
trus, Pascite, inquit, vobis cōmissum gregē  
ἐπισκοποῦντες. Neque vero Paulus in contex-  
enda functionē Ecclesiasticarū descriptione Epis-  
coporum meminit, sed tantum Pastorū & docto-  
rū: & Presbyteros iubet pascere, docere, Episcopos  
agere. Palam estigitur, eosdem & Presbyteros &  
Episcopos fuisse. Quamobrem & Irenaeus Roma-  
nos Episcopos, Anicetum dico, Pium, Hyginum,  
presbyteros nuncupat. Idem & Hieronymus hac  
ipsa de re ex professo differens, Apud veteres,  
inquit, ijdem Episcopi & presbyteri fuerunt:  
quia illud nomen dignitatis est, hoc etatis:  
Apostolus perspicue docet, eosdē esse Pres-  
byteros quos Episcopos: Quod autem po-  
stea vnu electus est, qui cæteris præpone-  
retur, in Schismatis remedium factum est.

A& 10. 17.  
& 18. ad  
Phi.

1. Pet. 7.

Eph. 4.

Ireneus ex  
Euseb. lib. 5  
c. 26. &  
epist. 24.  
Hieron. ad  
Oceanum.

*Et alio loco:* Antequam diaboli instinctu stu-  
dia in religione fierent, & diceretur in po-  
pulis, Ego sum Pauli, ego sum Apollo, ego  
autem Cepha : communi presbyterorum  
consilio gubernabatur. Postea in toto orbe  
decretū est, vt vnum de presbyteris electus  
superponeretur ceteris, ad quē omnis Eccle-  
się cura pertineret, & schismatū semina tol-  
lerentur. Sicut ergo Presbyteri sciunt se ex  
Ecclesiæ cōsuetudine ei qui sibi præpositus  
fuerit esse subiectos : Ita nouerint Episcopi  
se magis cōsuetudine quā dispositionis do-  
minicæ veritate presbyteris esse maiores.

Ad Euseb. &  
in 1. cap. ad  
Tir.

*Ambrosius autem enarrans 4. c. ad Ep̄besios, in Ambros.*  
quo de functionibus Ecclesiæ differitur, Primum,  
uit, Episcopi, Presbyteri appellabantur, vt re-  
cedente vno, sequens ei succederet: Deniq;  
apud Aegyptū presbyteri consignant, si pre-  
sens non sit Episcopus, &c. Et in ep̄st. primū In cap. 4.  
ad Timoth. Episcopus est primus presbyter.

*Gregorius in ep̄st. Episcopos Presbyteros Cardi-  
nales vocat, id est, primarios. Iustinianus autem* Greg. lib. 1.  
*Imperator in suis legibus reuerendos & economos,* ep. 15. 774  
quod in ipsa dignitatis essentia nihil à presbyteris  
differat, sed quod in diuini cultus ministerio, id est,  
ordine & ceremonia primas partes teneant. Quin  
& Gratianus in decretis disertis verbis afferit, E- Dīst. 93. &  
piscoporum eminentiam & diæcesum partitionem  
iuris esse positi, non Apostolice institutionis. 95. olim.

*Petrus Lombardus idem totidem verbis repetit.* Lib. 4. secunda  
dīst. 2. 41.

Q

Ioan-

Ioannes autem Paris Doctor Sorbonicus Dominicus  
canus in suo libro de potestate regia & papali, quae  
tum schola theologorum approbavit, longius proue-  
bitur: nam quod ad dignitatem ministerij essentia-  
lem attinet, quam ille potestatem hierarchizandi  
populi vocat, presbyteros Pontificibus inferiores  
non esse profitetur, idque confirmat, quod iisque ver-  
bis constat illorum ordinatio, quibus episcoporum atque  
ad eos Apostolorum, nempe, Accipite Spiritum san-  
ctum, & quodcunq[ue] ligaueritis in terra, erit

Lib. 2. de Ca-  
thol. conc.  
cap. 13.

ligatum &c in celo. Quid vero Card. Cusanus?  
Omnes Episcopi e qualibus, quo ad iurisdictionem,  
licet non quo ad executionem: quod  
quidem exercitium exequutuum sub certis ter-  
minis positivis clauditur & restringitur, pro-  
pter melius. i. propter caussam adducendi ad  
Deum, qua cessante, cessant & illa positiva iu-  
ra. Et hoc videmus dum sumus extra humana  
positiva iura, in naturali scilicet iure, tempore  
necessitatis, quando tunc omnis sacerdos a  
quocunque delicto etiam a Papa excommuni-  
catum & qualemcunque absolvit. Itaque Papatus  
est de iure positivo, ut & gradus omnes ma-  
ioritatis & minoritatis. Item: Omnes Epis-  
copi sunt vii potestatis & dignitatis, & si  
maiores, maioris administrationis. Majoritas  
autem illa ex consensu subiectionali constitui-  
tur, & ita (ait) papatus. Item: Quod dicentes  
sunt distincte, & unus Episcopus super pres-  
byteros est de positivo iure. Item: Potestas

ligan-

ligādi & soluēdi in qua fundatur omnis ecclastica iurisdictio, est immediaē à Christo, & propterea sacerdotes omnes sunt æquales. Ex his igitur cōstat, quod Episcopus presbyteris supereminet, id iuris esse humani, & ordinem spectare: quod autem ordinens quemvis conturbat, iam ordinis est appellatione indignum.

His ita cōstitutis, addimus ius impositionis manuum & pastorum ordinationis penes presbyteros esse: Atq; id quidē de Apostolorū etate clarius est quā vt dubitari possit. Ne (inquit Paulus) negli-<sup>1. Timot. 5.</sup> gito donum, quod in te est, per impositiones manus presbyterij, id est, presbyterorū siue seniorū. Adhac presbyteros Timotheus & ipse constituit. Et quis Episcopus & presbyter sint unius & eiusdem functionis nomina, hoc iuris si sibi ex scripturis vendicant episcopi, idē & possunt presbyteri: Sin presbyteris denegant, eo ipso sibi ipsis hoc iuris abrogāt. Ac sane antiquitus obiinebat in Ecclesia hec Mag. sent. I.  
argumentandi ratio: Baptizare potest, corpus do-<sup>4. dist. 25. 2.</sup>  
minicū administrare potest: ergo & manus impo-  
nere. In ordinandis autē presbyteris Episcopo ma-  
nus capiti imponente, & reliqui quoq; presbyteri  
manus admouebant, vt appareret ex multis decreti  
locis: Sic enim Gratian. Presbyter cum ordi-  
natur, Episcopo eum benedicente, & manū  
super caput eius tenente, etiā omnes pres-  
byteri qui presentes sunt, manus suas iuxta  
manus Episcopi super caput illius teneant:  
quodquidem eo spēlabat, vt consecrandi insarī

Can. Pres-  
byter. dist.  
23.

Q̄ iij tectūma

rectum sibi asseruarent, atque ita testatum facerent,  
Episcopis quid quidageret, non suo unius, sed om-  
nium nomine praestare. Nec defuerunt qui ante an-  
nos 300. ex ipsorum turba quaestionem hanc agica-  
rent. Nam vero si Episcoporum ambitione & pasto-  
rum negligētia perturbata sunt omnia, & collap-  
sus ordo in Ecclesia: certè quidē nostrae sunt partes,  
ut pro virili restituamus. Si tyrannidem & quali-  
tate neglecta Episcopus in presbyteros usurpanit,  
quod ille munus neglexit veri presbyteri sibi ar-  
rogare debent. Si hominū arbitrio in ecclesias episco-  
porū gradus hominibus exitio fuit: (alioqui enim  
ordinē non improbamus) presbyterorū certe qui à  
Deo constituti sunt & qualitate in viā salutis re-  
suocandisunt. In summa, primi Ecclesiae Christianæ  
Episcopi presbyteri erant: & nostri quoque primi  
ministri presbyteri. Porro ex Apostolorū institu-  
tione ius imponendarū manū habuerunt presby-  
teri, quā potestate nostri etiā merito usurparunt.  
Ergo ab his ordinati ministri rite consecrati sunt,  
nec ullus calumniae superest in istorum vocatione  
locus. Quos si quis despiciat, præ splendore Roma-  
nenſium prælatorū, Caiaphā sane mundi oculi suspi-  
ciebāt: quum neq; aurū neq; argenti Cephas possi-  
deret: Paulus persequitor autoritate pollebat: Idē  
Apostolus propriis manibus vītū sibi quærebat.  
Nempe Deo familiare est, ut quæ ignobilia sunt  
in mundo & pro nihilo habita, eligat, & ea quæ nō  
sunt, ut ea quæ sunt, aboleat. Et ex nostris multi  
Christi contemptū amplectūtur, qui poterat hono-  
ribus

vibus & autoritate pollere, & sane in ipsa Anti-christifactione pollebat. Intempestive igitur vocationis nostræ confirmandæ caussa miracula efflagitant. Quin enim sit ordinaria, illis perinde ac nobis sunt necessaria. Ergo si vocatione sua fretri nouam in Ecclesia doctrinæ spargere non dubitarunt, eodē iure tantundem nobis permittet in vetera restituenda. Hic vero si excipiant, nō suam, sed nostram munitatis esse damnandam: iam de vocatione non controvenerit, sed de doctrina. Atq[ue] idcirco prætergressis suburbis, in ipsam disputationis arcem, nempe dogmatum collationem, deueniendum est.

Atqui veterotorie istæ velitationes Possiacenæ colloquij fructum eximium Galliae vniuersæ eriperunt: Atque etiamnum Iesuitæ ut plurimū hoc propugnaculo nituntur. Etenim si ab ijs purgatorijs, transubstantiationis sanctorum invocationis pro- Miracula bationem ex Scripturis requiras: Edite, inquit, miracula. Eadem satanæ Christum impetratis vox extat: si tu es filius Dei, proijce te deorsum, & que scilicet ad pænitentiā paratus impetrata quæ negata fuit petitione. Christus vero quum multo maiora præstare posset, impetū ex Scripturis propulsauit. Sic & Pharizei in summa stupendorum miraculorum copia, miracula vrgebant. Verum quod dæmonia fugabat, Principi dæmoniorum tribuebant: Si in terra edebat, ē cœlo flagitabant. Ioan.12: Quod si cœlitus ipsius vocationis confirmandæ caussa voces exaudiabantur, factum esse tonitru dicebant. Sic & cruci affixo his verbis illude-

Q iij bant:

bant: si filius Dei es, descend de cruce.  
 Quia & morte denicta, ubi per medios custodes se-  
 pulchro egressus est, farto sublatum fuisse com-  
 menti sicut. Sic & a nobis isti miracula petunt,  
 quae si ederemus, praesto esset exceptio, nos An-  
 tichristos illos esse, qui signis & miraculis mundo  
 impossumi essent, eaque ratione fidem esse nobis  
 abrogandam. At enim Pharizardi a Christo cru-  
 ci affixo miracula petebant, quemadmodum consul-  
 tuis fecissent si in hunc Isaiae locum aciem ingenij  
 intendissent: Ipse vulneratus est propter præ-  
 uarications nostras, attritus est propter ini-  
 quitates nostras, liuor cuius sanitas nobis fuit.  
 Sic multo prudentius operam collocarent Rabbi-  
 ni nostri, si ex Scripturis veras Antichristi notas  
 seruitarentur, & qua decet attentione summum  
 illud miraculum perpenderent, quod nostra me-  
 moria Deus sine miraculis operatur, dum solo  
 spiritu oris conficit monstrum illud horrendum,  
 quod tanto iam tempore mundus adorat, idque  
 pereos qui mundi reiectamenta habentur.

Quoniam lex primū per Mosen promulgaretur, edita  
 fuerūt ingentia miracula: Quoniam insitueretur etiā de  
 Deo & Baale questio, edidit & Elias miracula.  
 Verum Iosia rege & Helcia sacerdote librū legis  
 restituentibus, doctorū sine malitia sine ignorantia  
 multo iam tempore sepultum, idolaq; in Dei tem-  
 plum inuecta profiganibus, Esdra quoq; scriba &  
 sacerdote Deiculū populo ex Babylone reduci in-  
 staurare: nulla tū adiūta fuisse miraculis legim⁹.  
 Nec

Nec obscura est huius discriminis ratio. Nonam  
legem Moses promulgabat. Eliæ negotium erat  
cū perfidis legis desertoribus: Contrà Iosias, Hel-  
cias, Esdras tantummodo sepultam legem effo-  
diebant, ex eiusque præscripto Ecclesiam repurga-  
bant, atque adeo cum ijs agebant, qui eam agnosc-  
cebant, ex eaque argui & cōmci poterant, quicq;  
contra miracula omnia legi credere ex lege ipsa e-  
dollierant. Eadem est Euangeli ratio, quod Chri-  
stus infinitis miraculis fanicuit. Verū si quis Ec-  
clesiæ Pastor aliquos in Concilio errores emendari  
postulauit, nusquam legimus de miraculis interpel-  
latum fuisse. A Bernardo certe quum in sui seculi  
corruptelis inueheretur, Ecclesiæque reforma-  
tionem urgeret, nulla petita fuerunt. Nos vero  
solam reformationem efflagitamus, sed multorum  
capitum rebus omnibus longa iam annorum serie  
collapsis. Evidem flupendam esset miraculum,  
si nouum Euangelium proferret è cœlis Ange-  
lus. At qui ut ne sic quidem fidem habeamus,  
anathematis denunciatione Paulus deterret. Er-  
go iniqua est à nobis miraculorum postulatio, qui  
de salute in uno Iesu Christo querenda concio-  
namur, Christi & Apostolorum tot tantisque  
miraculis sancta. Hæ potius sunt Antichristi  
partes, qui salutem in hominum operibus, Mo-  
nachorum meritis, bullatisque indulgentijs que-  
rendam docet, qui nouum Christum nouumque  
profert Euangelium, satanae artibus, signis, pro-  
digijs, miraculisque mendacibus confirmatum,

quibus

Deut. 13:1

quibus non ita pridem gloriabantur fana facellaq;  
omnia, quæque paruo momento renascente Christo  
euauuerunt, non secus ac ipso primum nascente  
obmutuerant dæmonum oracula. Age vero bona  
fide respondeant aduersarij, si miraculorū potestas-  
te freti prodiremus, numne credituri essent nostra  
doctrinæ, quam nunc magno cum supercilio flam-  
mis adjudicant? Si negant, euidem certe dum ea  
efflagitant, populo illudunt, cui persuasum esse vo-  
lunt, nostra doctrinæ sine miraculis nullam ha-  
bendam esse fidem, ad quam si accederent miracu-  
la, se mox credituros. Sin affirment: desine Lector  
mirari, Antichristum satanæ miraculis confirma-  
tum, aduersus Christum ab istis admissum fuisse:  
quum tamen diserte Christianis omnibus spiritus  
Dei prædixisset futurum, ut inaudita & prodi-  
giosa ederet, quorū tamen nulla esset habenda ra-  
tio: Christum verò hunc solo spiritu oris suicon-  
fектurum, id est, sola verbi prædicatione, sed spi-  
ritu sanctus virtute efficaci.

Si tamen pernicacius miraculis vrgendis inha-  
reant: En tibi Monachulū qui vel solo verbī Dei  
sono Babylonici istius imperij fundamenta paruo  
momento concusit, quantumvis aduersus om-  
nium temporum iniurias solide cæmentata vide-  
rentur. At quibus temporibus? Cum imperia sua  
Papa non aliter quam Deus ipse vniuerso orbi  
præscriberet, quum Reges hunc adorarent, huic  
Imperatores feruiret, Imperiaq; pro arbitrio lar-  
giretur, qunm in huius facta inquirere perinde  
esset

eſſet ac mōtem ſanctū, ut iſorum verbis utar,  
 attingere atque adeo cōlī ſipſis obloqui. Iſ ergo  
 ad cuius nūm contremuerunt in ſuis ſolijs  
 potentiſſimi Reges, ad unius homuncionis vocē  
 in ſpeciem contemptibilis ita cohorruit, ut ne  
 nunc quidem animum colligere potuerit. Ille  
 vero paucorum ſymmiſtarum non maiore quā  
 ipſe eſſet ſplendore illuſtrium, maximā reipub.  
 Christiana partem iſtius tyranici iam eripuit,  
 non homines, non urbeſtantum, ſed regna in-  
 tegra ab iſto dēmonē à quo obſidebātur libera-  
 uit, verbi Dei ſplendore infinitis hominū my-  
 riadibus iam ab ipta nativitate cæcis viſum re-  
 ſtituit. Vos vero, o boni, quod Deus tot tantasq;  
 res admirandas ſola verbi prædicatione per fer-  
 uos ſuos effecerit, idcirco Deum edidiffe mira-  
 cula negatiſ? At qui perfici tantum hoc mira-  
 culum abſque miraculis, miracula omnia lon-  
 gissimo intervallo ſuperat. Noſtra memoria,  
 multæ Bethulia, Sennacheribi, Herodes, Dio-  
 cletiani, extiterunt. Gigantes mullos ad lapide  
 impingere & conteri vidimus. Eo quod ſpecta-  
 nimus, contemnimus, qua ſumma cum admi-  
 ratione posteritas audiet. Et quis obſecro ſpe-  
 rasset, ullam noſtri memoriam ſuper futuram  
 post editam in Gallia mensis Aug. die 24. anno  
 1572. tam horrendam carnificinam? Mortui  
 ac ſepulti eramus, ſepulchroque multi lapides  
 appoſiti, quod & armati cuſtodes circumſtabūt.  
 Deus ſuperatis omnibus obſtaculis nos in ſuam

R

iſpiſus

ipsius laudem vita restituit, atque ut hostium suorum consilia euerteret, eos etiam excitauit, qui religione nostra aduersarentur, qui revolu-  
to lapide extensisque manibus nos ē sepulchris educerent. Quod si nihilominus Phariſeorum more signum ē cœlo petunt, quo tempore per to-  
ram Galliam tanquam lanenam strages illæ ederentur, fulgere cœpit ē cœlis nouum illud sydus, quo non aliud simile à mundi creatione ad natum usque Christum visum fuerat: om-  
nium oculis totos tres annos subiectum fuit:  
Astrologie periti admirati sunt & porro admi-  
rantur: Mundi sapientes, qui omnia esse ab æter-  
no constituebant, in creatoris adorationem con-  
senserunt: & quid obsecro nobis portendat, nisi  
renascentiō in mundo verbi prædicatione Chri-  
stum? Atqui, inquies, nulla adhuc existat huius  
rei indicia: Imo res vestræ semper in dexteris  
vergunt. Verum stella illa, quam magi prose-  
quebantur, totos triginta annos effectu caruit.  
Ac quicquid demum effectum est, in unius ho-  
minis carne, eaque alijs hominibus contemptissima,  
atque adeo ipsa crucis ignominia, perfectū  
legimus, qua diminitatem ipsam sepulchro con-  
cludere videbatur. Quid tum? Posteaquā dia-  
bolus flamas omnes suas in Apostolos & Dis-  
cipulos Christi euomuit, infinitas etiam in eos  
persecutiones excitauit, tandem manus dare  
coactus est, universusque orbis Dominū suum  
agnonit. Mundus igitur nihil intentatum  
relinquat:

relinquat: nihilominus verbum Dei in eternū  
manebit. Antichristum perire necesse est, &  
confici spiritu oris Christi, splendoreque ipsius  
aduentus aboliri. Hoc decretum Reges adeoque  
totus orbis frustra euertere conantur. At ego  
Deum omnipotentem supplex oro, ut & regi-  
bus, & populis sincerum cognoscenda veritatis  
& querenda salutis desiderium inspirem, sanctū  
colligenda sub Christi obsequium. Christiana  
reipub. zelum, sanctum in ipso & vivendi &  
regnandi studium, quemadmodum ab ipso ha-  
bent, ut vivant & regnent: ut & Reges populis  
iusta imperent, & populi regibus quod debent  
obsequium praestent: sicque nostro hoc seculo  
Christus unus sancta Regum & populorum  
conspiratione agnoscatur Rex ille Regum &  
Dominus domonantium, in Ecclesia autem so-  
lus Mediator, Salvator, & Legislator. Amen.

Totius operis *ἀναφοραιων*, ijs quæ se-  
quuntur thesibus expressa.

**E**ccliam vel visibilem vel ut innibilem I.  
considerari dicimus.

*Innibilis Ecclesia est eorum societas, quos II.*  
Deus quibusvis sine locis sine temporibus elegit  
ad vitam æternam.

*Visibilis Ecclesia eorum est cœtus, qui in III.*  
eam ipsam sunt vocati, certisque locis & tem-  
poribus distinguitur.

*Vnata men est Ecclesia, sed varijs modis co-* III.  
*R ij siderata:*

siderata: in visibili tanquā granū palea mixtū,  
in inuisibili ut granum idem, sed per purgatū.

V. Ecclesia visibilis primū sine lege extitit, deinde sub lege certo loco, & gente circumscripta.  
Nunc Dei gratia ubique diffusa est absque ullo locorum discrimine: unde Catholica, id est, universalis appellationem sortita est.

VI. Ecclesia Catholica cœtus omnes Christianorum sub se completitur, quibuscumque regionibus sita sint, quas omnes Ecclesias dicimus, non secus ac maris partes mare: suis tamen nominibus ut Graeca, Africana, Britannica, & similibus distinctas.

VII. Ecclesia præsertim Catholica (qualis nunc est) partes aliae puræ sunt, aliae impure, & in his rursus aliae alijs impuriores.

VIII. Puras dicimus, in quibus viget pura verbi Dei prædictio, Sacramentorumque legitima administratio, quāvis Dei oculis nihil usque quaque purum videatur: nonnulli Orthodoxas, alij (sed impropriè) Catholicas vocant.

IX. Impuræ sunt, in quibus depravata est verbi Sacramentorumque administratio, quibuscumque tandem notis exteris gloriari possint.

X. Ac quandoquidem universa Christi doctrina fide & charitate finitur, qua quoad fidei doctrinam sunt impure, eas hereticas dicimus: que vero charitate peccant, ita ut unitatem scindant, Schismaticas nuncupamus.

XI. Sunt etiam quæ utroque peccant, qualis est Romana,

Romana, quæque ei adhaeret: nam & pernicio-  
sas heresies iuentur, & eos qui in via renocat,  
persequuntur, & anathemate feriunt. Atta-  
men quandiu superest aliqua Christi professio,  
è tenui licei filo pendens, ei nomen Ecclesia non  
denegamus: eadem ratione qua hominem, insa-  
num licet, & morbis confectum, nihilominus  
hominem appellamus.

*VI Ecclesiæ puras ab impuris discernamus, XII.*  
Deus verbum suum tradidit Scripturis com-  
prehensum, in quibus satis inest ad salutē per-  
fectionis & perspicuitatis, ut qua perfectissimū  
illum & patrem luminum auctorem habeant.

*Ex ijs igitur decidi debent nostrorum tempo- XIII.*  
rum controversie, & Ecclesia restitui, quemad-  
modum ex legibus respub. Atque ita, ut qua  
Deus prohibet abrogemus, prohibitum autem  
censeamus quod ad salutem attinet, quicquid  
ab eo prescriptum non fuit: quod vero prace-  
pit, restituamus, locis denique difficilioribus  
scripturas ex scripturis interpretantes.

*Qua hanc viam insistunt Ecclesiæ, aberrare XIII.*  
non possunt: est enim via salutis: & qui hac in-  
cedunt, ijs preit Deus spiritus sui luce: est enim  
indiviso nexo cum scripturis coniunctus.

*Contra verò quæ inde recedunt Ecclesiæ, aber- XV.*  
rare possunt, etiam quo ad salutem: deflectunt  
enim à via salutis: Temere etiā sibi spiritū vē-  
dicant, quæ Deus solis omnibus impertit: eas autē  
solas pro omnibus habet, quæ vocē eius audiunt.

*Quam-*

- XVI. *Quamobrem Ecclesia hominū potius signēta quam legem diuinā secuta, singulis suis periodis periculo se lapsa est, eonsque ut filiū Dei, id est, suam ipsius salutem crucifixerit: quemad modum & Romanā Ecclesiam nunc filiū perditionis, id est, Antichristū adorare profitemur.*
- XVII. *Ecclesia corpus est, cuius Christus Dei filius est caput, efficacitatem Euangelij ministerio per spiritum tribuens, & eiusdem virtute fulciens eos omnes, à quibus nomine ipsius sincere inuocatur: Atq[ue] in eo sitū est capitū Ecclesie munus.*
- XVIII. *Nulli autem homini competit ut caput ministeriale esse posit. Cum enim aduentus Christi Ecclesia per totū sit orbē diffusa, eiusmodi ministerium nemo hominum obire potest. Singuli tamen pastores in suo munere Christū referūt.*
- XIX. *Neque vero Christus antequam in cœlum ascenderet, hoc munus constituit, neque Apostoli obierunt, nec vetus agnouit Ecclesia.*
- XX. *Itaque ex verbo Dei & veteris Ecclesiae sententia Papisticam sedē, quæ hoc prætextu mūndum tyrannide opprimit, Antichristū esse dicimus: quod quidem, ut probationes & circumstantias alias prætercamus, ex ipsius doctrina confirmari potest.*
- XXI. *Attamen solū illud Papisticū in parte Ecclesie sūt neque Ecclesia neq[ue] pars est Ecclesia, sed in Ecclesiae corpore pestis, quæ quantū potuit grassata est, & contagio infecit, quamque adeo pessundaret, sola Dei misericordia obſtitit.*  
Iam

*Iam ergo à Papatu non Ecclesia, ab Idolis nō XXII.  
templo, à tyrannide non republica, à peste non  
urbe recedimus, plane coalituri quamprimum  
Antichristū cū prauis humoribus enomuerit.*

*Nihilominus interim & ministerii verbi XXIII.  
& Dei cultū ad institutionis ipsius prescriptū  
restituimus, Apostolos quum Templo Hierofo-  
lymitano excluderentur imitati. Neque tamen  
idcirco altare altari opponimus: Exhibito enim  
Christo, uniuersa terra est altare Domini.*

*Qui primum ex nostris ministris manum XXIII.  
buic operi admouerunt, eam ipsam quā aduersari  
sūt presumunt, vocationem habuerunt: Pa-  
stores enim erant & doctores, eadē qua ipsi for-  
ma & ab ipsis instituti: verum vocationi obse-  
cuti sunt, à qua turpiter alij defecerant.*

*Qui vero deinceps secuti sunt, multo pre- XXV.  
stantiorem habent quā aduersari, ut qui sint à  
primis illis ordinati, penes quos erat huius rei  
potestas: ac præterea etiam ad prescriptū Apo-  
stolorum & veteres Canones in Ecclesia Roma-  
na obsoletos ac plane neglectos.*


*Denique præter ordinariam illam vocatio- XXVI.  
nem, quæ Deus extra ordinem postremis hisce  
temporibus ipsorum ministerio perficit plane  
admiranda opera, abunde testantur ipsos non  
in hominum; sed Dei opus incumbere.*

FINIS.

1838513

A 1780259  
OCT 6 1960 69

Antilia ab honestate q̄ sol à confū sicut






Chart 58 Legatum & ctt

LAW OF QUOTATION, READING AND DESIGN

Iam solitaria. eterni non vacatis orationis  
et vigilie nocte er die operam dabat.  
gratias servientes domino simpliciter cori-  
us ut minaret. predicatus fr. qui ex stirpe  
fratibus fratribus retrulit constata eius  
collaudabant deum. qui in firmitate  
tui. Per te uictam in vita sic eufrasius  
e facie latuam require. **L**orula  
**A**cacia facienda were stari  
Et tu in demone strenuo quia sedetur  
proferre non posset. uictus omnis sui timi-  
tatem agnoscens ut rovina expeditus ad  
pferzer dominos ad hanc huncit. ut in  
tempore tristes derelicti per aridum fluctu-  
tibus aquae usque celer. O de quoque tu  
tserus. multo et diu loqui solitus em-  
maccum pomeranus esset atque solue  
lamine ubi consequentia  
**T**u cunctis quodam modi  
tu cunctis quodam paleone dñi sibi.

